DE VITIIS QUIBUSDAM PRINCIPUM CODICUM ARISTOPHANEORUM.

DE VITIIS QUIBUSDAM PRINCIPUM CODICUM ARISTOPHANEORUM

SCRIPSIT

J. VAN IJZEREN.

AMSTELODAMI,
EDITORUM SOCIETAS „ELSEVIER".
MDCCCXCIX.

VIRO CLARISSIMO

H. J. POLAK,

GYMNASII ROTERODAMENSIS OLIM CONRECTORI, NUNC GRAECARUM LITTERARUM IN UNIVERSITATE GRONINGANA PROFESSORI,

HOC OPUSCULUM DEDICAT

SCRIPTOR.

PRAEFATIO.

Cum anno proximo ab amplissima Litterarum et Philosophiæ Facultate Academiæ Groninganæ proposita esset quæstio de præcipuis variis lectionibus Fabularum Aristophanearum in codicibus R et V servatarum, pro viribus meis operam dedi, ut ad eam responderem; benevolentissime autem tirocinia mea a Viris illis Clarissimis accepta sunt et aureo præmio donata. Quod iudicium honorificentissimum spem mihi fecit haud indigna esse hæc mea „Studia Aristophanica," quæ Academiæ Lugduno-Batavæ Facultati litterariæ proponerem ad summos impetrandos honores. Sed scriptionis illius cum multo maior evaserit ambitus quam qui dissertationum Academicarum esse soleat, speciminis loco nunc partem tantum libri lectori offero, ex ceteris nonnulla postea fortasse, aucta et quantum fieri poterit emendata, emissurus in lucem.

De fontibus autem quibus usus sum hæc observare sufficit. Fundamentum mihi fuit Blaydesii editio maior, quæ prodiit Halis Saxonum annis 1880—1893. Cuius rei hæc una fuit causa quod, ut dicunt Franco-Galli, meliora deerant; nam multum profecto abest, ut diligenter elaboratam hanc editio-

nem dicere possis. Immo — tot tantaque eius sunt vitia, ut tædium eam perlegenti sæpissime tibi oboriatur et „utinam editor aut nullos aut non tales edidisset libros" exclames. Nec tamen non magna sunt Blaydesii merita. Qui stans pede in uno ad unum versum vel tredecim [1]) proponit coniecturas, idem tam versatum se esse ostendit in Græcis scriptoribus, præsertim in poetis scenicis, ut nunquam fere alicuius locutionis exempla frustra apud eum quæras [2]), quod nobis præsertim iunioribus, qui tirocinia adhuc ponimus in his studiis, permagno est usui. Librorum præterea manuscriptorum qui iam sunt excussi omnium commemorat lectiones; quod etiamsi neglegentius et parum accurate fecerit, tamen in iis lectionibus citandis quæ maioris sunt momenti, cur fidem ei denegemus equidem non video; neque sæpe errantem eum deprehendi ubi quid singulis editoribus verum visum sit enarrat. [3])

Ceteræ autem editiones quarum rationem habui sunt hæ:

Aristophanis Comoediæ ed. *Bergk.* Ed. altera, I, II. Lipsiæ, 1857.

Aristophanis Comoediæ ed. *Meineke.* I, II. Lipsiæ, 1860.

Aristophanis Comoediæ ed. *Dindorf* (in Poetis Scenicis Græcis Ed. V). Lipsiæ, 1869.

Ausgewählte Komödien des Aristophanes, erklärt von *Theodor Kock.* Berlin, Weidmann.

I. *Die Wolken*, Vierte Auflage. 1894.
II. *Die Ritter*, Dritte Auflage. 1882.
III. *Die Frösche*, Vierte Auflage. 1894.
IV. *Die Vögel*, Dritte Auflage. 1898.

---

1) Ut ad Vesp. 1223.

2) Lepide ad Plut. 785 annotat: „cuius constructionis exempla pauca apponam", et citat deinde non minus quam quinquaginta tria exempla.

3) Quæ sint Blaydesianæ editionis merita, quæ vitia, æquissime exponit K. Zacher in Bursian's Jahresberichte LXXI, p. 128^a sqq.

Ἀριστοφάνους Ἱππῆς. Die Ritter des Aristophanes Griechisch und Deutsch. Mit kritischen und erklärenden Anmerkungen von *W. Ribbeck*. Berlin, 1867.

Aristophanis Equites. Recensuit *Adolphus von Velsen*. Lipsiæ, 1869.

Aristophanis Equites. Recensuit *Adolphus von Velsen*. Ed. altera quam curavit *Konradus Zacher*. Lipsiæ, 1897. [1])

Aristophanis Nubes cum scholiis. Denuo recensitas cum annotationibus suis et plerisque J. Aug. Ernestii edidit *Godofredus Hermannus*. Lipsiæ, 1830.

Aristophanis Nubes. Edidit, illustravit, præfatus est *Wilh. Sigm. Teuffel*. Editio auctior et parabilior Lipsiæ, 1863.

Ἀριστοφάνους Νεφέλαι, Aristofane le Nubi. Con note Italiane e Introduzione di *Achille Coen*, e con une appendice contenente una nuova collazione dei MSS. Ravennate e Veneto, per cura di Eugenio Ferrai. Prato, 1871.

Die Wolken des Aristophanes. Erklärt von *W. S. Teuffel*. Zweite Auflage, bearbeitet von *Otto Kähler*. Leipzig, 1887. [2])

Aristophanis Nubes. Cum prolegomenis et commentariis edidit *J. van Leeuwen J.f.* Lugd. Bat., 1898.

Aristophanis Vespæ. Cum scholiis et lectionibus codicum Ravennatis et Veneti (Marciani 474) a Cobeto denuo excerptis. Accedunt annotationes criticæ ad singulas comoedias. Scripsit *G. B. Hirschig*. Lugd. Bat., 1847.

Aristophanis Vespæ. Edidit *Julius Richter*. Berolini, 1858.

1) Ad hanc editionem indicandam Zacheri nomine utar.
2) Hanc editionem Kähleri sub nomine citabo.

Aristophanis Vespæ. Cum prolegomenis et commentariis edidit *J. van Leeuwen J.f.* Lugd. Bat. 1893.

The Wasps of Aristophanes by *C. F. Graves.* Cambridge. 1894.

Ἀριστοφάνους Σφῆκες. The Wasps of Aristophanes with metrical analysis, critical notes and commentary by *W. J. M. Starkie.* London, 1897.

Aristophanis Pax. Edidit *Julius Richter.* Berolini, 1860.

Ἀριστοφάνους Εἰρήνη. The „Peace" of Aristophanes. A revised Text with English notes, and a Preface, by *F. A. Paley.* Cambridge, 1873.

Ἀριστοφάνους Εἰρήνη. Cum scholiorum antiquorum excerptis passim emendatis recognovit et adnotavit *Henricus van Herwerden,* I, II. Lugd. Bat., 1897.

Aristophanis Ranæ. Emendavit et interpretatus est *Franc. Volcm. Fritzschius.* Turici, 1845.

Aristophanis Ranæ. Recensuit *Adolphus von Velsen.* Lipsiæ, 1881.

Aristophanis Ranæ. Cum prolegomenis et commentariis edidit *J. van Leeuwen J.f.* Lugd. Bat., 1896.

Aristophanis Plutus. Edidit *N. J. B. Kappeyne van de Copello.* Amstelodami, 1867.

Aristophanis Plutus. Recensuit *Adolphus von Velsen.* Lipsiæ, 1881.

Passim præterea adhibui Kusteri, Hemsterhusii, Brunckii, aliorum editiones; ceterorum autem quibus usus sum librorum titulos, quantum opus erit, occasione oblata citabo.

Haud profecto exiguus editionum numerus! Nec tamen

inter eas omnes vel una est, quæ quod ad artem criticam attinet, omnibus numeris placeat. Mihi certe, cum componerem hanc disputationem, cottidie fere oriebatur desiderium editionis, in qua missis omnibus quisquiliis [1]) omnes omnium manuscriptorum lectiones, quæ alicuius sunt momenti, accurate essent notatæ; in qua quidquid e scholiis hucusque fructus perceptum est, esset commemoratum, in qua denique — quod maxime optandum — sub uno conspectu collecta exstarent veterum scriptorum testimonia ea quæ de vera lectione in fabulis Aristophaneis aliquid, quamvis exiguum, testari videantur.

Talis editio utinam aliquando prodeat in lucem!

1) Vellem nonnulli editores melius memores fuissent aurei Hemsterhusii (ad Plut. 253) præcepti: „non operæ est prætium illas aberrationes cognoscere, quæ nihil adiumenti ad probabilem aliquam coniecturam sint collaturæ."

CAPUT PRIMUM.

De huius libri rationibus.

Scriptorem Græcum Latinumve qui hodie quantum fieri potest emendatum in lucem edere sibi proposuit, ratione is plerumque rem agit plane diversa ab ea quam olim sequi solebant viri docti. Sæculis enim præcedentibus diligenter conferre mos erat editiones quæ antea prodierant, et ita fere novæ pendebant a veteribus, ut saepe velut continuam editionum seriem componere possis, quarum altera semper alterius sit mater. Ab hac autem via in aliis scriptoribus aliis temporibus decedi cœptum est; nunc quoniam in hac disputatione non nisi de Aristophane sermo erit, breviter indicare mihi liceat qui primi in summo comico ea ratione, quæ etiamnunc in usu est, artem criticam exercere instituerint.

Post Kusterum, qui „Textum Græcum" ut ipse dicit (in Præfatione ad lectorem) „non solum cum Editt. veteribus, sed etiam cum Mss. collatum (dedit): et quidem Plutum cum Ms. Vaticano-Urbinate, Ms. Bodleiano, et Ms. Arundelliano: Nubes cum eodem Ms. Urbin. et Arundelliano: Ranas et Aves cum solo Ms. Vaticano-Urbinate: Equites, Acharnenses, Ves-

pas, et Pacem cum solo Ms. Vaticano-Palatino: Lysistratam cum eodem Ms. Vaticano-Palatino, itemque Vossiano," sed qui quomodo in hoc negotio versatus fuerit equidem cognoscere non potui — post Kusterum igitur Brunckius anno 1783 cum Aristophanem editurus esset, libenter oblatam sibi occasionem arripuit ipsos codices inspiciendi et ad eorum normam „castigatiores" in lucem emittendi fabulas. Usus autem est iis libris, quos præbebat ei Bibliotheca Regia Parisina, A (Reg. Membr. 2712), B (Reg. Chart. 2715), C (Reg. Chart. 2717), D (Regio Bombycino, post catalogum impressum in Bibliothecam illato; præterea adhibuit codicem E, quem ipse possidebat[1]). Qui codices multa profecto ei præbebant, unde magnum emolumentum caperet quam parabat editio. Sic Acharn. 664 pro *λακαταπύγων* ante Brunckium legebatur *λακοκαταπύγων*, „quæ vox est nihili" (Br.); ibid. 1050 antiqua lectio erat *καλῶς ποιῶν ὅστις περ ἦν*, optime Brunckius ex AB restituit *καλῶς γε ποιῶν ὅστις ἦν*; Vesp. 156 sq. Kusterus ediderat:

> *τί δράσετ'; οὐκ ἐκφρήσετ', ὦ μιαρώτατε,*
> *δίκασόν τί μ'*

spreta Florentis Christiani coniectura:

> *τί δράσετ', οὐκ ἐκφρήσετ', ὦ μιαρώτατοι,*
> *δικάσοντά με;*

Quæ lectio quin vera sit hodie nemo dubitat; eandem Brunckius defendere poterat codicis A auctoritate. Sescenta talia invenit quicunque Brunckii commentarios vel obiter oculis perlustrat.

---

1) Littera B Brunckius in Acharnensibus, Equitibus, Avibus indicat Reg. Chart. 2715, quem hodie quoque B vocamus; eadem littera in Nubibus, Vespis, Pace, Ranis, Pluto designat Reg. Chart. 2717, qui hodie est C; hoc autem signo hunc codicem nominat in Acharnensibus, Equitibus, Avibus. Quem nos hodie D vocamus, is non nisi in Nubibus, Ranis, Pluto citatur, ibique dicitur C; in iisdem fabulis qui hodie est E, eum Brunckius littera D indicat. Me iisdem signis uti quibus hodierni editores utuntur vix est quod moneam.

Insigniore etiam felicitate usus est is qui proximus a Brunckio Aristophanem edendi munus sibi iniunxit, Invernizzium dico. Qui licet Græci sermonis imperitia magis quam peritia excelluerit, licet omni diligentia destitutus fuerit, licet quæ revera dici possit ars critica ne suspicatus quidem sit, unum tamen sibi habet meritum, quod nemo ei eripere poterit: primus e tenebris in lucem protraxit codicem Ravennatem et sic partem iecit fundamentorum, quibus iam tota *κρίσις* Aristophanea nititur.

Confecta demum sunt fundamenta cum adhiberi cœptus est codex Venetus (Marcian. 474). Qui liber cum per multa sæcula in Bibliotheca Marciana latuisset, tandem aliquando a Bekkero excussus, statim Ravennati, si non semper, attamen sæpissime par auctoritate, interdum etiam maioris pretii habitus est; unum hoc quam maxime dolendum est, quod Acharnenses, Lysistrata, Thesmophoriazusæ, Ecclesiazusæ in eo desunt [1]).

Iam quin optimi dicendi sint hi libri manuscripti, hodie vix quisquam est qui dubitet. Quod tamen non ita acceptum velim, quasi putem præ his nos ceteros fere omnes abicere et neglegere posse. Immo, optimi sunt, sed hac una de causa optimi, quod ceterorum maior est nequitia; præstantes vero nemo unquam eos vocare poterit. Scatent enim vitiis, quorum alia cum ceteris iis communia sunt, alia soli sibi habent. Optimo iure monuit Cobetus (N. L., p. 253 sq.): „Non dubito affirmare et Ravennatem codicem et Venetum Marcianum, quem ipse olim cum pulvisculo excussi, in deterrimis corruptissimisque libris scriptis unde antiquitatis monumenta in lucem revocata sint, esse habendos; sed quia ceteri omnes quidquid ubique est Mss. Aristophanis multis partibus sint etiam vitiosiores inter-

---

1) Qua de causa neque in hac disputatione earum fabularum varias lectiones diiudicare conabor; nam caremus in iis codice qui Ravennati auctoritate suppar perpetuo cum eo comparari possit.

polationibus quas male sani correctores, omnibus criticæ artis subsidiis destituti, plurimas temere et impudenter invexerunt, propterea, ut in proverbio est quod nostratibus est cum Graecis commune (vide Schol. ad Iliad. Ω: 192) *ἐν τυφλῶν πόλει γλαμυρὸς βασιλεύει*, et habentur pro optimis quia ceteri omnes sunt etiam multo peiores nequioresque."[1]). Ratio igitur habenda est ceterorum codicum quoad fieri potest omnium, quamvis magnus sit eorum numerus, præsertim in iis fabulis quas scholarum in usum edere solebant grammatici Byzantini, Nubes dico, Ranas, Plutum[2]). Interdum enim verum invenies in eo etiam codice, qui ceteroquin prorsus abiciendus esse tibi visus sit; tum licet unde sibi suum habeat bonum nescias, ambabus tamen manibus id ab eo accipies. Rectissime enim iam olim Hemsterhusium dixisse censeo (Praef. Plut., p. XVI): „chartas vel recentissimas haud temere quis paulo consideratius verset, quin aliquid inde lucri saltem colligatur." Quod quanto prudentius est præceptum quam id quod plus quam centum annis postea dedit R.Schnee, apud quem in initio disputatiunculæ „de Aristophanis codicibus in quibus Ranæ et Aves servantur," anno 1886 emissæ[3]), hæc legimus: „Inter libros manuscriptos, quibus Aristophanis fabulæ ad nos pervenerunt, Ravennatem et Venetum principatum tenere, nemo eorum, qui his fabulis operam dederunt, non censet. Atque deteriorum codicum qui dicuntur scripturam fere neglegeremus, si omnibus in comœdiis R consentiret cum V." Haud vidi magis! Vellem vir doctissimus Nubes aliquando edere

---

1) Cf. V. L²., p. 335: „In Aristophanis Nubibus vs. 1409: *Καὶ πρῶτ' ἐρήσομαί σε τουτί· παῖδα μ' ὄντ' ἔτυπτες*, neque numerosus versus est, et verba non satis expedita: legendum censeo: *Καὶ πρῶτ' ἐρήσομαί σε τοῦτ'· οὐ παῖδά μ' ὄντ' ἔτυπτες;* — in optimis libris Ravennate et Veneto est *παῖδά μ' ὄντ' ἐτύπτησας*. En præclaros testes antiquitatis! Bonum factum quod in poeta nemini imponere potuerunt!"

2) Nubium non minus quam *sexaginta sex* codices enumerat Blaydesius.

3) Osterprogramm des Wilhelmgymnasiums in Hamburg, 1886.

secum statueret. Mira profecto prodiret editio huius fabulæ, in qua recensenda ipso iudice impune neglegi possent omnes codices præter R et V, quoniam ad eam quod attinet rectissime G. Hermannus monuit (Præf. p. IX) „non videri dubitari posse quin R et V ex eodem fonte fluxerint" [1]).

Sic sponte devenio ad eam quæstionem quæ multis permagni momenti visa est, sed mihi, ut statim fatear, vix digna videtur in qua ita diu commoremur. Nempe quæritur sintne inter se cognati Ravennas et Venetus necne. Cui quæstioni ego quoque, ut primum Aristophanem *κριτικῶς* tractare institui, quam accuratissime operam dare in animum induxi meum; omnes igitur locos mihi enotavi ubi RV èt in vitiis èt in virtutibus inter se consentiunt; quo negotio finito et rationibus subductis apparuit me eodem pervenisse, quo ante me pervenerat is quem primum in hanc rem inquisivisse cognovi, Albertus von Bamberg. Qui anno 1865 in libello de Ravennate et Veneto Aristophanis codicibus [2]), optimo iure demonstravit Hermanni verba quæ supra citavi de solis Nubibus valere, in ceteris vero fabulis satis pauca communis originis indicari posse vestigia. Exemplis quæ attulit nunc, postquam uterque codex melius innotuit, nonnulla addi possunt [3]); ex iis quæ ipse contulit, nonnulla nihil probare sunt censenda; sed de summa rei hodie dubitari non posse mihi quidem persuasum est; neque aliter censet Rudolphus Schnee, qui anno 1876 „summos

---

1) Cf. idem ad vs. 989: „Et *τριτογενείης* in Ravennate legi credendum Invernizzio, quum id ex Veneto notaverit Bekkerus," et ad vs. 1380 (hodie 1376): „quod non ausus sum reponere auctoritate horum duorum codicum qui ex uno communi fonte fluxerint."

2) Dissert. Bonnensis; prostat libellus adhuc apud Teubnerum.

3) *Equitt.* 267 *ἔλεγον* pro *ἔμελλον* RV | —889 *βαλαντίοισι* pro *βλαυτίοισι* R, *βαλλαντίοισι* V | (—1238 *πάλιν* pro *πάλην* RV) | (—1371 *ὅσπερ* pro *ὥσπερ* RVM).

Nubb. 482 *σοι* pro *σου* RV* | —553 *Μακαρικᾶν* vel *Μακαρικὰν* pro *Μαρικᾶν* RV (nihil annotat Blaydes | —845 *πότερ' ἂν* pro *πότερον* RV | —876 *γε* post *καίτοι* inserunt RV* | —917 *θέλει* pro *ἐθέλει* RV | —1000 *ὢν* pro *ὦ* *RV* (sec. Cobetum et Herwerdenum | (—1001 *κλιτομάμμαν* pro *βλιτομάμμαν* RV) |

in philosophia honores impetravit in Academia Fridericiana Halensi cum Vitebergensi consociata", disputatione defensa cui titulus: „De Aristophanis codicibus capita duo"; in qua disseruit de Equitum et de Nubium libris manuscriptis.

Iam dixi mihi quidem totius huius rationis pretium non ita magnum esse videri, quod qua de causa censeam iam exponere conabor. Etenim quid in excutiendis veterum scriptorum codicibus propositum nobis habemus — certe propositum habere debemus? Unum hoc, opinor, ut quam accuratissime e manuscriptis efficere conemur, quid *ipse* scriptor scripserit. Itaque in codicum quæ dicitur cognationem eo tantum consilio inquirendum esse mihi quidem videtur, ut efficiamus quis codex sit pater, quis filius. Quod si scimus, simul hoc scimus iuniorem illum, si non prorsus abiciendum — nam fieri potest ut vel uno loco verum servaverit, licet unde et quomodo obscurum maneat — attamen quam cautissime adhibendum esse; sic in Euripidis Helena, Electra, Hercule perquam exigui momenti sunt codicis C (Florent XXXII : 2) apographa Parisina; sic qui Aristophani paulo accuratiorem dat operam, is mox agnoscit nullius fere pretii esse codicem S (Venetum Marc. 475), quem ex V descriptum esse statim apparet[1]). Tale autem cognationis vinculum inter principes

—1009 *φράσω* pro *φράζω* RV*) | —1109 *οἷον* pro *οἷαν* RV* | —1186 *δὲ δὴ τί* pro *δέ τι* RV* | —1235 *καὶ* pro *κἂν* RV* | —1298 *πασία* pro *σαμφόρα* RV* | —1376 *κἀπέθλιβε(ν)* pro *κἀπέτριβεν* RV | (—1455 *τὰ πονηρὰ* pro *πονηρὰ* RV).

Vesp. (408 *τάχιστα τὰ παίδια* pro *τάχιστα παίδια* RV) | —758 *ἐγὼν ἐν* R, *ἐγὼ 'ν ἐν* V pro *ἐγὼ ἐν*).

Pax 219 *πόλιν* pro *Πύλον* RV (quod scholiastæ quoque notum).

Avv. (93 *τὸ θήριον* pro *θήριον* RV) | —1710 *ἔλαμψεν ἰδεῖν* pro *ἰδεῖν ἔλαμψε* RV (hic sec. Cobetum).

Plut. 289 *ὄντως* om. R (sec. v. Velsen) V | —401 *νῶιν* pro *νὼ* RV | (—721 *ἐκτρέψας* pro *ἐκστρέψας* RV).

Quæ hic asterisco notavi, ea citantur etiam a Rudolpho Schnee in libello mox nominando; quæ cancellis sæpsi nullius omnino sunt momenti.

1) Alii hunc librum *Venetum G* appellant; ceterum cf. K. Zacher in libro „Die Handschriften und Classen der Aristophanesscholien" (Fleckeisen's Jahrbücher Supplementband XVI) p. 544 sq.

Aristophanis codices non exstare, non est quod moneam; patruum vero vel consobrinum alterius esse alterum utrum sciamus necne, id ad poetæ textum in integrum restituendum non multum valere equidem censeo, et sæpius mihi adspicienti et consideranti stemmata illa codicum, in memoriam rediit Iuvenalianum illud „Stemmata quid faciunt."

Præterea quam maxime lubrica est haec via, gravissimaque in ea sunt pericula. Primum enim cavendum est ne, dum inter talia ætatem fere conterimus, tandem scriptoris alicuius codices magis in deliciis habere incipiamus quam ipsum scriptorem[1]); deinde periculum est, ne argumentorum inter se pugnantium mole oppressi detrudamur ad sententias contortas et fere obscuras, et de quibus Shaksperianum illud ex Hamleto: „Though this be madness, yet there is a method in 't" valere videatur, sic mutatum: „Though this be a method, yet there is some madness in it." Sic, ut exemplum proferam, cui tandem prodesse unquam poterunt quæ apud Kählerum leguntur in appendice ad Nubium Teuffelianarum editionem alteram (p. 206): „die Hdss. gehen teils so auseinander, dass man sie nur mit Mühe auf einen Archetypus zurückführen kann, teils zeigen sonst wenig verwandte Manuskripte eine überraschende Aehnlichkeit; Beweis genug, dass hier ein *häufiger Austausch von Lesarten zwischen den verschiedenen Klassen statgefunden hat.*" Denique sæpe accidit, ut ibi artissimam aliquam cognationem deprehendere sibi videantur viri docti, ubi aut nulla sit, aut levissima; cuius rei unum dabo exemplum. Anno igitur 1886 Rudolphus Schnee, in disputatiuncula, quam supra citavi „de Aristophanis manuscriptis quibus Ranae et

---

1) „Ten onzent zal de vermaning wel overbodig zijn, die een Duitsch geleerde niet lang geleden tot zijne philologische landgenooten meende te moeten richten. om toch niet meer gewicht te hechten aan de handschriften van de Chanson de Roland dan aan de Chanson zelve". — Symons, Handelingen v. h. eerste Nederlandsche philologencongres, p. 46.

Aves traduntur" et alia contendit et hoc: „in priore Ranarum parte (usque ad vs. 1008) Ravennatem et Venetum ex eodem fonte ortos esse;" quod deinde „certis argumentis demonstratum" a se ipso esse sibi persuasit. Nempe putavit vir doctissimus, Velsenii auctoritate permotus, „a Ran. 1009 incipere alteram manum spatio vacuo relicto in fine paginæ 61[a]," ut ipsius Velsenii utar verbis; quæ tamen opinio nihil iam valere debet, postquam Velsenii his in rebus successor Zacherus, cuius auctoritas mihi quidem permagna est, cum reputem quam accurate, pæne dixi quam anxie, in talia inquirere soleat, haec docuit (Die Handschriften und Classen etc. p. 507): „mit blatt 61 v. = Ran. 1007 beginnt nur eine neue tintenuance, nicht aber eine neue hand". Præterea certa illa argumenta satis incerta esse ostendere iam conabor omnia deinceps recensendo — qua occasione oblata simul nonnulla de versibus citatis in medium proferam. Sunt igitur loci quibus usus est Schnee:

Ran. 33 *ἔγωγ' οὐκ* pro *ἐγὼ οὐκ* RV.— At idem habent deteriores [1]) multi, ut iam Fritzschius docuit, et vulgatissima est haec corruptela, qua librarii quos offendebat synizesis inseruerunt particulam *γε*.

Ran. 77 *ἀνάγειν* RV. — Hoc etiam in aliis traditum est codicibus; neque ad veram lectionem in talibus quæstionibus provocare licet, ut monuit von Bamberg (de codd. R et V p. 2). — Versus antem sunt hi:

εἶτ' οὐ Σοφοκλέα πρότερον ὄντ' Εὐριπίδου
μέλλεις ἀνάγειν, εἴπερ γ' ἐκεῖθεν δεῖ σ' ἄγειν.

Deteriores codices nonnulli pro *ἀνάγειν* habent *ἀναγαγεῖν* idque, omissa particula *γ'*, quam R et V quoque omittunt,

---

1) Brevitatis ergo omnes codices præter R et V „deteriorum" nomine indicabo; quod tamen cum contumelia ne dictum sit.

olim erat vulgatum; de *μέλλειν* tamen cum aoristi infinitivo coniuncto mea facio Phrynichi (p. 336 ed. Lobeck) verba: „*ἐσχάτως βάρβαρος ἡ σύνταξις αὕτη,*" — sed qua de causa *ἀνάγειν* in *ἀνάξειν* mutarint Halm et van Leeuwen non intellego: viginti septem aliis locis Aristophaneis *μέλλειν* cum infinitivo præsentis coniunctum invenitur, quos omnes mutare nemo facile audebit. Præterea si servamus *ἄγειν* retinere quoque possumus particulam *γε*, quæ si non omnino necessaria, attamen utilissima est [1]).

Ran. 83 *μ' οἴχεται* RV. — Neque hic aliorum codicum

---

1) Eandem confusionem aoristi et præsentis habemus *Equitt. 282*, ubi *ἐξαγαγών* in *ἐξαγών* mutavit Porson; *Pac. 439* pro *διαγαγεῖν* quod restituit Dindorf omnes codices habent *διάγειν*; *Pac. 714* pro *ἀπάγαγε* in B est *ἄπαγε σύ*; *Vesp. 826* dubitari potest utrum verum sit *εἰσαγάγω* an *εἰσάγω* quod ex uno R receperunt Meineke, Graves, Blaydes (qui: „utrumque probum est"); *Vesp. 842* pro *εἰσάγῃ εἰσαγάγῃ* rescripserunt Bergk, Richter, Dindorf, Blaydes, Graves, probante Meinekio (annot. crit. p. LXIX); *Plut. 406* V et Cant 3 habent *εἰσάγειν*, quod e coniectura restituit Cobet ad Hyperid. p. 42.

Nec tamen audax est coniectura qua *εἰσάγειν* in *εἰσάξειν* mutatum est, unum certe novi locum, ubi mihi quoque haec mutatio necessaria videtur. Est *Vesp. 177*, ubi Bdelycleonis haec sunt verba:

ἀλλ' εἰσιών μοι τὸν ὄνον ἐξάγειν δοκῶ.

Quæ quin vitiosa sint dubitari non potest; ingeniose Cobetus (N. L. p. 246): „*ἀλλ' εἰσιών μοι τὸν ὄνον ἔξαγ' ἔνδοθεν*". Quem tamen si sequimur sumamus oportet servum asinum domo protrahere et Bdelycleonem dicere verba proxima:

κάνθων τί κλάεις; ὅτι πεπράσει τήμερον;
βάδιζε θᾶττον. τί στένεις, εἰ μὴ φέρεις
'Οδυσσέα τιν';

Sic vero parum apte *βάδιζε θᾶττον* asino dicit is qui eum non ducit, aut servo datis versibus quos citavi necesse est idem in sequentibus haec loquatur: *ποῖον; φέρ' ἴδωμαι* (*ἴδωμεν* Richter, *ἴδω ἐγὼ* van Leeuwen, *ἴδω — ναὶ* Hirschig), et *τουτὶ τί ἦν*, et *τίς εἶ ποτ' ὤνθρωπ' ἐτεόν*, quæ hero multo melius conveniunt quam servo. Verum invenit Elmsleius, proponens *ἐξάξειν δοκῶ* — sic omnia quæ recepta Cobeti coniectura servo adscribenda erant, herus agit et dicit.

„Inconsulte" contra, ut cum Blaydesio loquar, Dindorf *Pac. 439* pro *διάγειν*, quod metro invito habent codices, quodque in *διαγαγεῖν* iure mutarunt Lenting et Cobet, rescripsit *διάξειν*; „inconsultius" etiam idem Blaydesius *διάξειν* in textu retinuit.

desunt testimonia; in plerisque autem et apud Suid. i. v. Ἀγάθων sic legitur versus:

Ἀγάθων δὲ ποῦ 'στιν; — ἀπολιπών μ' ἀποίχεται,

idque retinuerunt Fritzsche et Bergk; Ἀγάθων δὲ ποῦ 'σθ'; — ὅπου 'στ'; ἀπολιπών μ' οἴχεται dederunt Meineke et Kock, in quibus me offendit repetitum ἐστι; Dindorf ἀπολιπὼν ἔμ' οἴχεται — sed nimis emphaticum est pronomen ἔμ'. Præstat nisi fallor retinere lectionem librorum R et V et ex Cobeti coniectura in priore parte versus legere: ποῦ ποτ' ἐστιν. Merum librarii inventum esse ἀποίχεται, nisi iam apte a Bambergio (l. l. p. 26) demonstratum esset, vel ipsæ aures admonere possent. — Igitur hic quoque veram lectionem, non vitiosam servarunt Ravennas et Venetus.

Ran. 199 οὗπερ pro οἷπερ R et V. Vitiosam esse hanc lectionem, quam receperunt Fritzsche, Bergk, Meineke, v. Velsen, Kock libenter concedo Schneeio; mea autem facio Blaydesii verba: „post accusativum motionis ἐπὶ κώπην postulatur certe οἷπερ." At quam vulgata — præsertim in Aristophanis codicibus — sit hæc diphthongorum ου et οι confusio nemo nescit.

Ran. 300 τοῦτό γ' ἧττον RV; τουτό γ' ἐσθ' ἧττον vel τοῦτο δ'ἐσθ' ἧττον vel τοῦτό γ' ἔθ' ἧττον alii; τοῦτ' ἔθ' ἧττον recte Dindorf. Huic quoque similitudini ne nimium tribuamus!

Ran. 307 (329 ut videtur, in versu enim 307 nihil eiusmodi exstat) περὶ pro ἀμφὶ *recte* RV.

Ran. 426 καὶ κεκράγει pro κἀκεκράγει RV. Tam levis est hæc discrepantia, ut in plerisque editionibus ne commemoretur quidem.

Ran. 455 ἱερὸν pro ἱλαρὸν RV. Hoc fortasse alicuius — quamvis parvi — est momenti; sed alii quoque codices hanc lectionem servant.

Ran. 907 *μὲν* omittunt RV. Fortuitus ut hic sit consensus facile fieri potest, nam alibi quoque *μὲν*, sicut multæ aliæ particulæ, omittitur et in V (e. g. Pac. 739, Plut. 422) et in R (e. g. Nubb. 1355 [sec. Herwerdenum [1]) et Ferraium [2])], Plut. 819, 1118).

Ran. 971 *'γὼ* omm. RV, ut dicit Schnee; accuratius dixisset *σωφρονεῖν* pro *'γὼ φρονεῖν* RV — sed ne hoc quidem prorsus contemnendum. Iniuria autem Fritzschium hanc lectionem recepisse censeo hac de causa quod post talia minime apte sequuntur *λογισμὸν ἐνθεὶς τῇ τέχνῃ καὶ σκέψιν*: ratiocinationibus suis Euripides spectatores fabularum suarum eo perduxit, „ut talia secum reputarent et cogitarent," non „ut talibus in rebus modeste se gererent."

Duo igitur vel tres tantum restant loci, qui paulo maioris momenti esse videri possunt. At quid hi demonstrant? Eundem Ravennati ac Veneto in huius fabulæ versibus 1—1008 fuisse patrem? Valde mehercle dissimiles tum inter se hi fratres! An Venetum Ravennatis esse filium? Sic valet veteris poetæ dictum:

παῦροί τοι παῖδες μὲν ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται,

suo autem fortasse iure Venetus exclamare poterit:

ἡμεῖς τοι πατέρων μέγ' ἀμείνονες εὐχόμεθ' εἶναι,

— sed unde maiorem illam virtutem habeat, explicare non poterit. „Communis utrique fuit fons" — at quam longinque ab hoc fonte uterque distat?

Ne multa. Difficillima est tota haec quæstio, ad quam sol-

---

1) Cuius libri Ravennatis collatio nuper demum prodiit in Mnemosyne (XXVI, p. 94 sq.), addita Veneti collatione a Cobeto olim confecta.

2) Hæc collatio exstat in appendice editionis notis Italice conscriptis instructæ quam curavit Achille Coen.

vendam tum demum melius parati accedere possemus, si multo plures noti essent codices, quorum alterum ex altero provenisse constaret. Et sumamus iam ingenti labore, multo sudore a viro quodam impense docto, acuto, accurato inventam esse τὴν λύσιν; quid tum lucrati erimus? Eritne magnus eorum locorum numerus, qui hoc remedio sint sanati vel melius explicati? Non opinor.

Attamen codicum quam accuratissima cognitio permagni est facienda et diuturno labore condigna; sed hic unice equidem veram esse censeo eam rationem, quam commendare solebat egregius ille philologus, cuius nos iuniores, quamquam eum adspicere et audire nobis non licuit, tamen ex libris quos nobis reliquit, vividam imaginem fingere nobis possumus, Cobetum volo. Ut enim codices suo pretio æstimare discas, utque intellegas quid utilitatis ex iis percipi possit, opus est, ut usque in minutiis te ipsum edoceas quomodo peccare soliti fuerint librarii; sic denique cavere poteris ne nimium tribuas lectioni servatæ in aliquo codice, quæ quamvis primo adspectu sit probabilis, tamen ei qui rem accuratius secum reputarit, vitii suspecta esse debeat; neve cum contemptu abicias lectiones, quæ, corruptelæ signa aperte in fronte gerentes, diligenter tamen consideratæ viam ad verum inveniendum indicare possint.

Igitur cognationis illius codicum nulla fere ratione habita, huic rei imprimis operam dedi, ut quibus vitiis laborarent principes codices Aristophanei, quoad huius fieri posset, penitus cognoscerem; hac norma fabularum in Veneto servatarum varias lectiones præ ceteris notatu dignas diiudicare conatus sum. Quorum conaminum specimina quaedam in capitibus sequentibus proferre in animo est.

CAPUT SECUNDUM.

De glossematis Aristophaneis in universum.

„Vos hinc interea (valete) abite
Illuc unde malum pedem attulistis."
CATULLUS.

Eodem fere tempore quo diligentius Aristophanis fabulis operam dare cœpi, detinebat me libellus elegantissime scriptus de materia perquam arida: viri clarissimi Hartman, carissimi mei præceptoris, „de Emblematum in Platonis textu obviis" disputatio. Ex qua cum glossematis et additamentis quibus scatent permulti veterum scriptorum codices diligentius animum attendere didicissem, fieri non poterat quin in Aristophane quoque similia quærerem. Et monstra quidem qualia in Platone et in Thucydide[1]) èt iam procurata sunt, èt fortasse etiamnunc procuranda restant, in poeta multa inveniri posse,

[1]) Ex hoc scriptore liceat mihi unum proferre emblema, quod dudum a Kruegero notatum, satis aperte — quamquam minus aperte quam ea quæ ex Taciti Mediceo altero citat v. cl. Hartman (l. l. p 3) — quomodo interdum annotationes in textum irrepserint, ostendit. In Libri enim Primi capite XC § 3 Thucydides scripsit: τειχίζειν δὲ πανδημεὶ καὶ αὐτοὺς καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας. Ubi πανδημεὶ olim explicatum est per πάντας τοὺς ἐν τῇ πόλει; quod scholion ita in textum invectum est, ut πάντας poneretur aute πανδημεὶ, cetera post hoc vocabulum.

quis exspectaverit?[1]) Nonne ipsum metrum obstat quominus longiores sententiæ inserantur? Quod tamen hic illic factum est. Omittere nunc possum exempli gratia quod *Nubb.* 907 post verba *δότε μοι λεκάνην* codex R in ipso textu præbet scholion „*ὡς ναυτιῶν ὑπὸ τῆς ἐκείνου ψύχρας. ἢ ἵνα ἐμέσω, χολὴ γάρ μοι ἐπιπλέει διὰ τὰ αὐτοῦ ῥήματα*" — nam de talibus eiciendis nemo unquam dubitabit[2]); sed alibi scholia qualicunque modo metro adaptata in textum inseruerunt librarii. Dabo exemplum.

Ran. 15 Xanthias hæc dicit:

τί δῆτ' ἔδει με ταῦτα τὰ σκεύη φέρειν,
εἴπερ ποιήσω μηδὲν ὧνπερ Φρύνιχος
εἴωθε ποιεῖν καὶ Λύκις κἀμειψίας
σκεύη φέρουσ' ἑκάστοτ' ἐν κωμῳδίᾳ.

Ultimus versus sicut citavi traditus est in R et in aliis nonnullis; V et alii pro *σκεύη φέρουσ'* habent *σκευηφοροῦσ'*; in aliis est *οἱ σκεύη φοροῦσ'* vel *οἱ σκευηφοροῦσ'*, vel *οἵ τινες σκευηφοροῦσ'*, vel *οἵ τινες σκεύη φοροῦσ'*, vel *τοῖς σκευοφοροῦσ'*, vel *οἱ σκευοφοροῦσ'*. Quæ lectionis varietates vel ipsæ clamant hunc versum iure a Dindorfio, Meinekio, Kockio, Leeuwenio deletum esse. Nempe olim annotatum fuit *σκευοφοροῦσιν ἑκάστοτ' ἐν τῇ κωμῳδίᾳ*, vel simile aliquid; cuius annotationis verbum *σκευοφορεῖν* optime illustratur exemplis a Blaydesio allatis *κροκωτοφορεῖν, θυλακοφορεῖν, ξυλοφορεῖν, ξυροφορεῖν*; *σκευο-*

---

1) Alia res est in interpolationibus quibus tragicorum præsertim Græcorum fabulæ interdum corruptæ sunt, — hæ enim minime scholiastis tribuendæ sunt, sed poetis vel histrionibus, qui non ita diu post quintum sæculum a. c. n. vixisse videntur.

2) Eiusmodi emblemata in V et multis aliis invenies *Nubb.* 1317, ubi irrepsit scholion: *ἐπεὶ μείζω κακὰ πείσεται ἢ φέρειν οἷός τ' εἶναι*; post *Pacis* versum 1341 *ἀλλ' ἀράμενοι φέρωμεν οἱ προτεταγμένοι* „sequebatur scholion *οἱ χορευταὶ ἀναλαβόντες*, quod librorum RV ope expulsum est" (v. Herwerden); *Ran.* 786 post *κἄλεγχον αὐτῶν τῆς τέχνης* in M legitur *ὤφειλεν εἰπεῖν* (hæc verba expunxit manus altera) *ὥσπερ ἐν τῷ βίῳ ἢ ὥσπερ ἐν Ἀθήναις*; quæ sunt orta ex scholio ad *ὥσπερ ἐνθάδε* in v. 783.

φόρος obvium est Ran. 497; ipsum σκευοφορεῖν si exstaret, substantivo σκευή, non σκεῦος priorem suam partem acceptam referret, sicut στεφανηπλοκεῖν, quod legitur Thesm. 448, quin a vocabulo στεφανή deductum sit dubitari non potest; cf. modo voces στεφανηφορῶ, στεφανηφορία, στεφανηφόρος [1]). — Sed variis modis hoc scholion in senarii formam redigere conati sunt librarii: alii σκευοφοροῦσιν in σκεύη φέρουσι mutarunt, alii in σκευηφοροῦσι, alii in σκεύη φοροῦσι; deinde in sequentibus articulum τῇ, qui nullo modo omitti potest, metri causa reiecerunt, cuius παραδιορθώσεως vestigium in codice Ravennate adhuc superest. Vel maxime autem hoc argumento probari potest insiticium esse hunc versum, quod non legisse eum videtur scholiasta, qui ad vs. 13 annotavit: „παραλείπεται οὖν ἀκούειν ἁπλῶς ὧν οὗτοι εἰώθασι ποιεῖν, „we are not told in so many words what these poets are accustomed to do," ut vertit Rutherford [2]), cuius haec est verissima observatio. — Videamus nunc quomodo vulgatam lectionem emendare conati sint editores nonnulli. Blaydesius legit: οἱ σκευοφοροῦσ' ἑκάστοτ' ἐν κωμῳδίᾳ, hoc sensu: „qui identidem in comœdia baiulantes inducunt servos;" sed etiamsi σκευοφοροῦσι per σκευοφοροῦντας εἰσάγουσιν explicari posse ei concedamus, quod non nisi scholiastæ auctoritate nititur, tamen quin spurius sit versus tam languidus, dubium non est; quod ne ipsum quidem Blaydesium fugit. Idem valet de Fritzschii coniectura τοὺς σκευοφόρους ἑκάστοτ' ἐν κωμῳδίᾳ: explicationem haec admittunt, sed Aristophane indigna sunt. Minime mihi deinde placet quod — dubitanter quidem — proposuit von Velsen: „σκεύη ποτ' εἰ φέρουσιν ἐν κωμῳδίᾳ:" istud ποτ' εἰ pro εἴ ποτε mihi ne Græcum quidem esse videtur;

---

1) Hoc non solum Hippolyti Euripidei cognomen est, sed etiam sæpius in inscriptionibus occurrit; sic in lapide apud Dittenb. Sylloge No. 77 l. 2. Iasiensium magistratus στεφανηφόρος dicitur.

2) Scholia Aristophanica.... arranged, emended translated by *William G. Rutherford* I, II. London, Macmillan and Co., 1896.

neque magis Græci sermonis indoli convenire censeo quod legendum esse coniecit Bergk (Præfat. p. XVI, addens tamen: „nisi subditicius est totus versus"): *ἐς σκευοφόρους ἑκάστοτ' ἐν κωμῳδίᾳ.* Tale quid si hic exspectaretur, dicendum potius fuisset: „ *εἰς τοὺς ἑκάστοτ' ἐν τῇ κωμῳδίᾳ σκευοφοροῦντας.*" Quod denique proposuit Blass (Herm. XXXII p. 149):

ὥσπερ Φρυνίχοις
εἴωθε ποιεῖν καὶ Λύκισι κἀμειψίαις
σκεύη φέρων κτἑ.—

melius fortasse huius coniecturæ nullam fecissem mentionem; nam quod quo modo haec sint vertenda non capio, id meæ ipsius culpæ ut tribuam me monet reverentia qua Blassium suspicere soleo.

Alibi quoque in Ranis totus versus una litura delendus est, et revera iam diu deletus. Notissimos volo versus, quibus de Alcibiade opinionem suam exponit Aeschylus (1431 sqq.):

οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν
μάλιστα μὲν λέοντα μὴ ἐν πόλει τρέφειν,
ἢν δ' ἐκτραφῇ τις, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν.

Primum et secundum versum hic simul ferri non posse, unusquisque lector statim sentit. Nam Fritzschii explicationem, qui secundum versum Dionyso tribuit et Leontem Atheniensem eo irrideri putat, quamquam ingeniose excogitata est, ego quoque reicio, non tamen eam ob causam quam attulit Van Leeuwen: „quoniam verbum *τρέφειν* non de hominibus, sed de animalibus domesticis dicitur" (nam Bacchus Aeschyli verba *παρῳδῶν* non potest non iisdem fere verbis uti quibus ille, etiamsi a communi usu paulisper abhorreant), sed quia scurrilis talis iocus hoc loco ne Dionyso quidem convenit; præterea plerosque, ne dicam omnes, spectatores, opinor, hic iocus prorsus latuisset: quo enim modo Bacchus indicare potuisset se Ae-

schyli verba ut de Leonte prætore dicta intellegere? Iniuria vero priorem versum delevit Dindorf, recte Brunckius secundum, nam „verbum *ἐκτρέφειν* vs. 1432 multo est aptius si *σκύμνος*, quam si *λέων* est commemoratus" (Van Leeuwen). Non nihil subsidii haec opinio inde potest accipere — quod tamen argumentum equidem urgere nolim — quod in codicibus VACD huius versus pars prior omittitur [1]).

---

1) Iniuria Leeuwenius ad variam lectionem *ἐκτρέφῃ* pro *ἐκτραφῇ*, servatam apud Plutarch. Alcibiad. XVI annotasse mihi videtur „fortasse recte." Nam leonis catuli moribus obtemperari minime par est; is potius domandus est et in servitutem redigendus, adultus vero domari iam non potest, ut monuit Fritzsche. Nihil vero hic aptius quam aoristus *ἐκτραφῇ*, quem perfecti fere notione usurpari plurimi me docuerunt scriptorum Græcorum loci; cf. *Acharn.* 782:

νῦν γε χοῖρος φαίνεται,
ἀτὰρ ἐκτραφείς γε κύσθος ἔσται.

Equitt. 414: *ὑπερβαλεῖσθαί σ' οἴομαι τούτοισιν, ἢ μάτην γ' ἂν*
ἀπομαγδαλιὰς σιτούμενος τοσοῦτος ἐκτραφείην.

Ran. 1191: *ἵνα μὴ ἐκτραφεὶς γένοιτο τοῦ πατρὸς φονεύς.*

Xen. Oec. VII 34: *καὶ τοῦ γιγνομένου τόκου ἐπιμελεῖται ὡς ἐκτρέφηται· ἐπειδὰν δ' ἐκτραφῇ καὶ ἀξιοεργοὶ οἱ νεοττοὶ γένωνται, ἀποικίζει αὐτοὺς σὺν τῶν ἐπιγόνων τινὶ ἡγέμονι.*

Eur. Suppl. 891: *Ἀρκὰς μὲν ἦν, ἐλθὼν δ' ἐπ' Ἰνάχου ῥοὰς*
παιδεύεται κατ' Ἄργος· ἐκτραφεὶς δ' ἐκεῖ
πρῶτον μὲν, ὡς χρὴ τοὺς μετοικοῦντας ξένους,
λυπηρὸς οὐκ ἦν κτέ.

Med. 939: *παῖδες δ' ὅπως ἂν ἐκτραφῶσι σῇ χερί,*
αἰτοῦ Κρέοντα τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα.

Rhes. 930 sq: *ἔνθ' ἐκτραφεὶς κάλλιστα παρθένων ὕπο*
Θρῄκης ἀνάσσων πρῶτος ἦσθ' ἀνδρῶν, τέκνον.

Eadem significatione perfectum adhibitum habes *Nubb.* 795:

εἴ σοί τις υἱός ἐστιν ἐκτεθραμμένος

(*εὖ τεθραμμένος* sine iusta causa Meineke Vind. Ar. p. 74.)

Eur. Ion. 823: *νεανίαν δ' ὡς ᾔσθετ' ἐκτεθραμμένον,*
ἐλθεῖν ἔπεισε δεῦρ' ἀπαιδίας χάριν,

et (qui locus omnino conferendus est et revera iam ab aliis collatus) *Suppl.* 1222:

πικροὶ γὰρ αὐτοῖς ἥξετ' ἐκτεθραμμένοι
σκύμνοι λεόντων, πόλεος ἐκπορθήτορες.

Non aliter **Vesp. 339**:

τοῦ δ' ἕφεξιν, ὦ μάταιε, ταῦτα δρᾶν σε βούλεται
καὶ τίνα πρόφασιν ἔχων;

verba *καὶ τίνα πρόφασιν ἔχων* iure a Dindorfio (præeunte Florente Christiano) deleta sunt, ut interpretationem continentia locutionis *τοῦ ἕφεξιν* (*ἐφέξειν* habent codices præter R), quæ nulla de causa a quibusdam sollicitari mihi videtur; cf. schol. *τίνος χάριν, παρὰ δὲ τοῖς τραγικοῖς ἕφεξις ἡ πρόφασις*, et Hesych. *ἕφεξιν*] *χάριν, ἕνεκα, ἐποχήν, πρόφασιν.*

Eadem est origo lectionis quæ **Pac. 916** in codice B et in editione Aldina invenitur: *φήσεις τί δῆτ' ἐπειδὰν ἐκπίῃς οἴνου νέου λεπαστὴν* pro *φήσεις γ' ἐπειδὰν* (*γ'* enim, quod codices omittunt, iure addidit Dindorf); unde *τί δῆτ' ἐπειδὰν* Bisetus. Quod per se spectatum minime ineptum, sed quoniam ceteri codices omnes habent *φήσεις*, verisimilius est illam lectionem ortam esse e confusis antiquo *φήσεις* et *τί δῆτ'* comparandi causa olim adscripto.

Male meritus est idem quem supra laudavi Florens Christianus de **Vesparum versu 263**, qui in R et V sic traditus est:

φιλεῖ δ' ὅταν ᾖ τουτὶ ὁ Ζεὺς ὑετὸν ποιεῖν μάλιστα.

In ceteris *ὁ Ζεὺς* deest; *γ'* post *ὅταν* additum est in B; *φιλεῖ δ' ὅταν τοῦτ' ᾖ ποιεῖν ὑετὸν μάλιστα* rescripsit Florens, sic in versus formam hæc verba redigens, frustra, nam quin iure deleta sint ab Hirschigio, Hamakero, Cobeto, Meinekio (Annot. Crit. p. LXVI), Leeuwenio dubitari non potest.

Unum addam exemplum unde appareat quam egregie Rutherfordius, cuius in emblematis investigandis peritiam ostendit Thucydidis liber IV ab ipso editus, interdum de Aristophane quoque meritus sit. **Avv. 1148 sqq.** sic vulgo eduntur:

καὶ νὴ Δί' αἱ νῆτταί γε περιεζωσμέναι
ἐπλινθοφόρουν· ἄνω δὲ τὸν ὑπαγωγέα
ἐπέτοντ' ἔχουσαι κατόπιν ὥσπερ παιδία
τὸν πηλὸν ἐν τοῖς στόμασιν αἱ χελιδόνες.

Locum sicut traditus est explicari non posse, non est quod moneam; igitur in versu 1149 *μεθ' ὑπαγωγέως* proponit Blaydesius, ita ut hæc verba sic inter se cohæreant: *ἔχουσαι τὸν πηλὸν μεθ' ὑπαγωγέως* [1]) — Sed quomodo *τὸν ὑπαγωγέα* portant hirundines? Ore, opinor; itaque *τὸν πηλόν* simul portare non possunt. Lacuna locum laborare statuerunt Dobraeus, Dindorfius, Meinekius, Kockius; equidem nonnulla abundare puto; nam quid de *πηλῷ* factum sit, iam vss. 1143 sqq. narratum est. Omnes huius loci difficultates expedivit Rutherford. Errore enim inductos olim nonnullos putasse *ὑπαγωγέα* idem significare quod *πηλόν* apparet ex Hesychio *ὑπαγωγεύς*] *πρὸς πλίνθων οἰκοδομὴν πηλός.* Hinc igitur ortum est illud *τὸν πηλόν* in vs. 1151; deinde scholion ad voc. *κατόπιν* eadem continet verba *ὥσπερ παιδία*, quæ hodie in textu leguntur. [2]) His igitur omnibus resectis hæc restant, quæ optimum præbent sensum:

ἄνω δὲ τὸν ὑπαγωγέα
ἐπέτοντ' ἔχουσαι κατόπιν αἱ χελιδόνες.

Quam antiqua talia emblemata sint, docere nos potest Avv. 1342 sqq:

οὐκ ἔστιν οὐδὲν τοῦ πέτεσθαι γλυκύτερον,
ἐρῶ δ' ἐγώ τι [3]) *τῶν ἐν ὄρνισιν νόμων.*
ὀρνιθομανῶ γὰρ καὶ πέτομαι καὶ βούλομαι
οἰκεῖν μεθ' ὑμῶν κἀπιθυμῶ τῶν νόμων.

---

1) Addit Blaydes: „nec minus bene procedit oratio, si pro *τὸν πηλόν* reposueris *καὶ πηλόν.*"

2) Quod scholion quo modo ortum sit, mihi tamen adhuc obscurum est; pro *κατόπιν* alios olim *κατὰ παῖν* (sic) legisse vix credo Rutherfordio.

3) *τοι* Bekker.

Ad versum quem primum citavi in scholiis hæc annotantur: *μετὰ τούτου ἑνὸς στίχου φέρουσί τινες διάλειμμα καὶ* 'Αριστοφάνης *πλήρωμα οὕτως* ('Αριστοφάνους *πλήρωμα οὕτως* Dindorf, melius Blaydes: 'Αριστοφάνης *ἐπλήρωσεν οὕτως*) *ἐρῶ δ' ἐγώ τι τῶν ἐν ὄρνισιν νόμων*. Iam antiquitus igitur hic versus insiticius habitus est, sed tamen rem aliter atque scholasta narrat gestam esse puto. Versus nempe e glossematis ortus est ad *ὀρνιθομανῶ* adscriptis; in exemplari autem quo interpres utebatur cum deesset, sed lacuna vacua relicta, idem scholiasta aut alius eum in exemplari Aristophanis (grammatici) lectum fuisse addidit; nam præclarum grammaticum Alexandrinum tam ineptum fuisse ut talia de suo insereret, non facile adducar ut credam —cum præsertim nihil omnino orationi desit.

Huiuscemodi autem additamenta in Aristophanis codicibus non ita multa inveniuntur [1]), neque ea omnia recensere huius est libri — sed alia sunt genera emblematum quibus satis frequenter poetæ opera interpolata sunt. Primum enim scholii pars quædam interdum in textum irrepsit; deinde parvæ voculæ in margine olim adscriptæ inter ipsius comici verba locum occupaverunt; alibi denique pro vocabulo vere Aristophaneo substitutum est aliud, posteriore ævo magis usitatum. In capitibus igitur quæ sequuntur singulorum generum dabo nonnulla exempla, unde quid velim appareat; deinde iisdem utar ad diiudicandas varias lectiones alibi in codicibus servatas.

---

1) Longius quam par est in via quam indicavi progressus esse mihi videtur v. d. Damsté, qui (Mnemos. XX p. 148) delenda esse censuit verba *εἶτα μονῳδεῖν ἐκ Μηδείας* *Pac.* 1012, hoc praecipuo argumento usus, quod ipse poeta interpretis potius ageret partes, si moneret: „scito locum ex Medea verbis sequentibus laudari". Eodem tamen modo *Thesm.* 134 sqq. legimus:

καὶ σ' ὦ νεανίσχ', ὅστις εἶ, κατ' Αἰσχύλον
ἐκ τῆς Λυκουργείας ἐρέσθαι βούλομαι·
ποδαπὸς ὁ γύννις; τίς πάτρα; τίς ἡ στολή;

Quo loco collato nostrum versum retinendum censeo.

CAPUT TERTIUM.

De locis e scholiis interpolatis.

Proverbialem fere iam vim accepit inter viros doctos locutio illa de „dormitantibus librariis," — et revera negari non potest saepissime talia librarios scripto mandavisse, qualia nemo homo sanus mandare potest, nisi qui præ somno quid faciat ipse nesciat. Quid mirum igitur eos ipsum vocabulum *ὕπνος* poetæ obtrusisse? Quod factum est in **Vesparum versu 7**, ubi hæc ediderunt Bergkius, Richterus, Meinekius, Blaydesius, Starkius:

> *σὺ δ' οὖν παρακινδύνευ', ἐπεὶ κἀυτοῦ γ' ἐμοῦ*
> *κατὰ τοῖν κόραιν ἤδη τι καταχεῖται γλυκύ—*

in quibus quid sit illud *γλυκύ* neminem latere potest. Nimis profecto anxii librarii addiderunt glossema *ὕπνου*, quod in codicibus R et V locum particulæ *ἤδη* occupavit; male hos libros secuti sunt Hirschig, Dindorf, Graves; minus sane ineptum est quod Invernizzium et Cobetum secutus edidit van Leeuwen:

> *κατὰ τοῖν κόραιν ὑπνιόν τι καταχεῖται γλυκύ,*

sed rectissime se habet lectio vulgata.

Dubitari potest de hoc loco, quoniam nil nos docet metrum; alii vero nullam admittunt dubitationem. Sic **Ran.** 437 in R post *αἶροι' ἂν αὖθις, ὦ παῖ* sequitur *τὰ στρώματα*; quod quomodo ortum sit nos docet codex V, in cuius margine huic versui adscriptum est *τὰ στρώματα δηλονότι.* Sic **Avv.** 1080 *omnes codices* qui collati sunt *ὑπερμετρικῶς* habent: *εἶτα φυσῶν τὰς κίχλας δείκνυσι πᾶσι καὶ λυμαίνεται*; in editione Aldina demum *πᾶσι* omittitur! Neque aliter iudicandum est de **Nubb.** 940, ubi rectissime ex R editores post Hermannum edunt *φέρε δὴ πότερος λέξει πρότερος*, nisi quod *πρότερον* hic codex habet; in ceteros vero codices irrepsit scholion *τίς ὑμῶν*, ita ut V et nonnulli alii habeant *φέρε δὴ τίς λέξει πρότερος ὑμῶν*, alii vero alia praebeant. Idem valet de **Nubb.** 330 *μὰ Δί' ἀλλ' ὁμίχλην καὶ δρόσον αὐτὰς ἡγούμην καὶ καπνὸν εἶναι*, ubi R et multi alii libri pro *καπνόν* habent *σκιάν*, quod ortum videtur e scholio, in quo in comparationem vocabatur locutio notissima *καπνοῦ σκιά*. Idem de **Plut.** 311, ubi pro *λαβόντες* in V et permultis aliis metro invito est *ἢν λάβωμεν*, sed in margine in V additur: *τὰ ἑξῆς οὐκοῦν γε λαβόντες κρεμῶμεν.*

Facilem transitum hic locus mihi parat ad **Ran.** 133, ut veniam ad locos de quibus editores dubitaverunt [1]). Qui versus rectissime vulgo sic legitur:

κἄπειτ', ἐπειδὰν φῶσιν οἱ θεώμενοι
εἶναι, τόθ' εἶναι καὶ σὺ σαυτόν.

In scholiis legimus: „*τινὲς δὲ γράφουσιν εἴητε*", quod iure van Leeuwen ex interpretamento pro varia lectione habito ortum esse censet („infinitivus idem quod optativus hic valet")—V autem in textu habet istud *εἴητε*, non omisso *εἶναι*. Quomodo autem Dindorfius cogitare potuerit de rescribendo *εἴη* pro *εἶναι*, parum intellego. Nam quod confert Hesych. i.v. *εἴη*]

1) Alia exempla editiones criticæ præbent Nubb. 646, 1298; Pac. 275; Ran. 252, 283, 374, 463; Plut. 676.

ἔστιν ἄφεσις καὶ ἔξεστιν, ibi ἄφεσις minime dictum videtur „cum respectu ad demissionem de carceribus", ut annotat Alberti, sed nihil significare nisi approbationem; cf. Hesych. i.v. ἄφεσις] ἀπόλαυσις (ἀπόλυσις recte veteres editores [1]), συγχώρησις.

Interdum lector mirabundus vel indignabundus animi sui affectum in margine codicis exprimere conatus est; neque cuiquam in codicibus paulisper versato ignotum est illud ὡραῖον in margine sæpius adscriptum. Huc refero quod **Ran.1454**, ubi audita Euripidis de republica sententia Bacchus Aeschylum de eadem re interrogat his verbis:

τί δαὶ σύ; τί λέγεις—

in codice Δ legitur: καλῶς τί δαὶ σὺ λέγεις; unde temere Blaydesius effecit veram lectionem esse: καλῶς· τί δαὶ λέγεις σύ; ΑΙΣ. τὴν πόλιν φράσον [2]). Similiter **Nubb. 76**

νῦν οὖν ὅλην τὴν νύκτα φροντίζων ὁδοῦ
μίαν ηὗρον ἀτραπὸν δαιμονίως ὑπερφυᾶ,

codex Cant. 1 supra μίαν scriptum exhibet μόλις, — quo non licebat Blaydesio uti ad probandam coniecturam φροντίζων μόλις | μίαν ηὗρον κτἑ.; quam tamen recepit Van Leeuwen.

Eiusdem modi aliquid accidisse videtur **Avv. 1212**, qui versus sic scriptus exstat in codicibus VAΓ:

πρὸς τοὺς κολοιοὺς πῶς προσῆλθες; οὐ λέγεις;

quae explicari profecto possunt, sed corruptelæ suspicionem movent codices RB Haun., qui habent κολοιάρχους omisso πῶς (B Haun.) et κολοιάρχους πῶς (R), unde facile apparet postea additum esse πῶς, adscriptum a lectore admirationis pleno, et

---

1) Contrario modo fortasse emendandus est locus ex Acharnensium ὑποθέσει s.f.: καὶ μετ' ὀλίγον ὁ μὲν τραυματίας καὶ κακῶς ἀπαλλάττων ἐπανήκει, ὁ δὲ Δικαιόπολις δεδειπνηκὼς καὶ μεθ' ἑταίρας (-ρῶν ?) ἀναλύων — l. ἀπολαύων.

2) In V traditum est τί δαὶ σύ λέγεις, unde ortum puto id quod in aliis exstat τί δαὶ λέγεις σύ; quod receperunt Dindorf et van Leeuwen; hic tamen nimia vi praeditum esse mihi videtur σύ, in fine sententiæ positum.

veram esse lectionem eam quae hodie in editionibus exstat:

πρὸς τοὺς κολοιάρχους προσῆλθες; οὐ λέγεις; [1])

Rogato responsum olim adscriptum est **Nubb. 1428**:

καίτοι τί διαφέρουσιν
ἡμῶν ἐκεῖνοι; πλήν γ' ὅτι ψηφίσματ' οὐ γράφουσιν; [2])

ubi RV et nonnulli alii habent *τί διαφέρουσιν οὐδέν*; ceteri codices præbent *τί διαφέρουσ' οὐδέν*, vel *διαφέρουσιν οὐδέν*, vel *διαφέρουσ' οὐδέν*, vel *σφόδρ' οὐδὲν διαφέρουσιν*. Male hinc Bentleius: *διέφερον οὐδέν*.

Sæpius ellipsin Atticis usitatam quocumque tandem modo explere studuerunt librarii. Videatur e.g. **Vesp. 98**, ubi *υἱὸν Πυριλάμπους* legitur in RV, quod receperunt Hirschig, Bergk, Richter, Dindorf, Starkie; offendit tamen articulus omissus; optime igitur Bentleius *τὸν τοῦ Π.*, quod confirmatur lectione codicum B et C *τὸν Πυριλάμπους*.

Neque iniuria Leeuwenius in **Vesparum versu 1397**:

οὔ τοι μὰ τὼ θεὼ καταπροίξει Μυρτίας
τῆς Ἀγκυλίωνος θυγατέρος καὶ Σωστράτης
οὕτω διαφθείρας ἐμοῦ τὰ φορτία—

suspectum habet vocabulum *θυγατέρος*, quæ epica forma hinc aliena [3]). Idem tamen longius quam par est progressus esse mihi videtur **Nubb. 1048**:

καί μοι φράσον, τῶν τοῦ Διὸς παίδων τίν' ἄνδρ' ἄριστον
ψυχὴν νομίζεις,

quoniam in R et V *παίδων* omittitur — qualia vitia in his

1) *οὐκ ἐρεῖς* van Herwerden; recte ut videtur.

2) Ultima verba, nisi fallor, post breve silentium Phidippides addit; quapropter particulam *γε*, quae in codicibus R et V aliisque multis deest, iniuria a Bergkio, Dindorfio, Leeuwenio omissam esse censeo.

3) Mire Graves: „this epic form may be intentionally consistent with the lady's splendid parentage"; nec tamen aliter Starkie: „Myrtia speaks in Epic phrase, like the daughter of a queen."

codicibus satis frequentia sunt — recipiens Meinekii coniecturam: *τῶν τοῦ Διὸς τίν ἄνδρ' ἄριστον εἶναι* (idem placet Blaydesio in addendis); misere enim hic languet *εἶναι*, quod si in codice aliquo legeretur, ad aliud genus glossematum referrem, de quo dicam in capite quinto.

Alia *ἐλλείψεων* inepte suppletarum exempla sunt haec:

Equitt. 669:

ὁ δ' ἠντεβόλει γ' αὐτοὺς ὀλίγον μεῖναι χρόνον,
ἵν' ἅτθ' ὁ κήρυξ οὐκ Λακεδαίμονος λέγει
πύθησθ'· ἀφῖκται γὰρ περὶ σπονδῶν πάλιν.

Sic hodie legitur in editionibus Velsenii, Blaydesii, Zacheri; in his autem *πάλιν*, quod in plerisque codicibus praecedenti versui additur, a Porsono e coniectura restitutum est, codices vero et ceteræ editiones habent *λέγων*, quod, post *λέγει* in versu praecedenti quam maxime absonum, quomodo ortum sit docet lectionis varietas **Equitt. 1351:**

καὶ νὴ Δί' εἴ γε[1]) *δύο λεγοίτην ῥήτορε,*
ὁ μὲν ποιεῖσθαι ναῦς μακράς, ὁ δ' ἕτερος αὖ
καταμισθοφορῆσαι τοῦθ'[2]), *ὁ τὸν μισθὸν λέγων κτέ.,*

ubi pro *μακράς* codices praeter ΑΓΔΘ Med. 5 habent *λέγων*.

Nubb. 23:

τοῦ δώδεκα μνᾶς Πασίᾳ; τί ἐχρησάμην;
ὅτ' ἐπριάμην τὸν κοππατίαν.

---

1) *νὴ Δία γ' εἰ* codices præter V, qui habet *νὴ Δί' εἰ* — veram lectionem restituit Porson; cf. Fritzsche ad Ran. 70 (p. 30).

2) Pronomen *τοῦθ'* quod hic ex codicibus AB ediderunt Bergk, Dindorf, Blaydes, Zacher, quodque mihi, ut aliis, corruptum esse olim videbatur, coll. vs. 572 defendi posse me monet v. cl. van Leeuwen. *Τῶνδ' ὁ τὸν μισθὸν λέγων* dedit Kock; requiritur tamen *οὗτος*, non *ὅδε*, si quid igitur esset mutandum, probandum potius esset quod ex Elmslei coniectura dederunt Meineke, Ribbeck, von Velsen *καταμισθοφορεῖν, τούτοιν κτέ.* Venetus habet *τοῦτον* i.e. *τοῦτ`* (*τοῦτ'*), Ravennas *τούτων* (sic).

Pro ὅτ' ἐπριάμην non minus quam duodeviginti codices habent συνῆχ' ὅτε ἐπριάμην; hinc male Porson: συνῆκ'· ἐπριάμην κοππατίαν.

Nubb. 399:

καὶ πῶς, ὦ μῶρε σὺ καὶ Κρονίων ὄζων καὶ βεκκεσέληνε,
εἴπερ βάλλει τοὺς ἐπιόρκους, δῆτ' οὐχὶ Σίμων' ἐνέπρησεν;

Ad δῆτ' referendum esse πῶς in versu præcedenti quivis statim sentit; tamen in multis codicibus (et apud Suid. i. vv. κεραυνός et Σίμων) metro invito traditum est πῶς δῆτ', unde in aliis legitur nudum πῶς, idque retinent Hermann, Bergk, Meineke, Dindorf; sed multo melius placet quod ceteri ex V et tribus aliis ediderunt δῆτ'; sic enim facilius corruptelæ origo explicari potest.

Nubb. 1227 sqq:

καὶ νὴ Δί' ἀποδώσειν γ' ἐπώμνυς τοὺς θεούς.
ΣΤΡ. μὰ τὸν Δί', οὐ γάρ πω τότ' ἐξηπίστατο
Φειδιππίδης μοι τὸν ἀκατάβλητον λόγον.

Ad primum versum olim adscriptum erat τὸ χρέος, quod in codicibus VRADFX Bodl. 1,8 secundo versui additum est; tum ut metrum restitueretur (quod tamen durissimum) μὰ Δί' pro μὰ τὸν Δί' rescriptum est. Hinc parum recte Hermannus μὰ Δί' οὐδέποτ'· οὐ γάρ πω τότ' ἐξηπίστατο, sic enim supplendum esset μὰ Δί' οὐδέ ποτ' ἀποδώσω; in tali autem ellipsi particula γε vix potest omitti.

Vesp. 1163:

ἀδικεῖς γέ με
εἰς τὴν πολεμίαν ἀποβιβάζων τὸν πόδα.

Iniuria Blaydesio placet lectio codicis R γῆν pro τὴν; aut enim ex glossemate aut e mero describentis errore orta est.

Avv. 567:

ἦν δ' Ηρακλεῖ ('Ηρακλέει recte Brunck) θύῃ τις βοῦν, λάρῳ

ναστοὺς θύειν μελιττούτας (*μελιτοῦντας* recte Meineke). — Sic versus in codicibus traditus est, nisi quod *βοῦν* in R et V omittitur. Qua voce omissa et *θύῃ τις* in *θύῃσι* vel *θύῃ τι* mutato metrum apte decurrit, sed sententiæ minime satisfactum est; causa tamen ob quam sic iudico, non ea est quod omnino addendum sit quid Herculi immoletur, vel quod *τις* omitti nequeat — eodem enim modo vs. 565 compositus est — sed quod in *ναστοὺς μελιτοῦντας* „*τὸν σύνδεσμον λείπειν*" posse, ut cum scholio loquar, non credo; diversi enim generis placentas indicari ex eodem scholio apparet. Addendum igitur est *καὶ* vel potius *ἢ*, quod nullo aptiore modo fieri potest, quam si Blaydesium (in addendis) secuti scribamus:

ἢν δ' Ἡρακλέει θύῃ τις βοῦν, ναστοὺς λάρῳ ἢ μελιτοῦντας.

Sic igitur *θύειν* ex interpretatione ortum est.

Plut. 197:

ἢ φησιν οὐκ εἶναι βιωτὸν αὐτῷ τὸν βίον.

Sic codices plerique; hic autem *αὐτῷ*, non *εἶναι*, insiticium esse vel ipsa varietas lectionis (*αὐτῷ*, *αὐτοῦ*, *αὐτὸν*) declarat; præterea omittitur in W et Cant. 1; quos iure ut videtur, secuti sunt Bentleius, Dindorfius, Blaydesius. Quamquam modulatius sane est id quod dederunt Porson, Meineke, Kappeyne, v. Velsen:

ἢ φησιν οὐ βιωτὸν εἶναι τὸν βίον.

Plut. 578. Vulgo sic legitur:

τοὺς γὰρ πατέρας φεύγουσι, φρονοῦντας ἄριστα
αὐτοῖς. οὕτω διαγιγνώσκειν χαλεπὸν πρᾶγμ' ἐστὶ δίκαιον,

iure tamen Hemsterhusium (in not. mscr. sec. Blaydesium) offendebat articulus *τὸ* ante *δίκαιον* omissus; quod bene restituit Dobraeus, *πρᾶγμα* ex interpretatione ortum esse censens et versum sic rescribens:

αὐτοῖς. οὕτω διαγιγνώσκειν ἐστὶν χαλεπὸν τὸ δίκαιον.

Plut. 1013. Iure Bergkius, ut censeo, secutus est lectionem codicis V:

μυστηρίοις δὲ τοῖς μεγάλοισι νὴ Δία
ἐπὶ τῆς ἁμάξης ὅτε προσέβλεψέν μέ τις,

cum ceteri pro *νὴ Δία* habeant *ὀχουμένην*. Dubitat Meineke Vind. Ar. p. 221, addens: „participium mihi necessarium videtur". Nimis vero artificiose v. Velsen (Philologus XXIV p. 149): »durch die endsilbe *-νην* in *ὀχουμέ—νην* wurde der abschreiber zu dem haüfigen *νὴ Δία* verleitet; der andere teil des wortes verschwand dan durch correctur."

Plut. 1044:

τάλαιν' ἐγὼ τῆς ὕβρεος ἧς ὑβρίζομαι

in V pro *ὑβρίζομαι* legitur *αἰσχύνομαι,* quo verbo olim interpres usus est, ut explicaret unde genitivum *τῆς ὕβρεος* pendere putaret. Inepta explicatione ineptior etiam est Meinekii ratio, qui (Vind. Ar. p. 221) e corruptis codicis V verbis hanc effecit lectionem: *τάλαιν' ἐγὼ τῆς ὕβρεως· αἰσχύνομαι,* „in quibus *αἰσχύνομαι* est *pudet me tui.*" [1])

Duobus locis ipsæ aves in fabulam sibi cognominem musis invitis invaserunt.

Avium enim **versus 336** in codicibus sic legitur:

ἀλλὰ πρὸς μὲν οὖν τὸν ὄρνιν ἡμῖν ὕστερος λόγος.

Suidas i. v. *ὕστερος λόγος* haec habet: *ἀλλὰ πρὸς μὲν τούτους ὕστερος λόγος, τοῦτ' ἔστιν, ὕστερον αὐτοῖς μαχεσόμεθα, παρὰ τὸ Ὁμηρικὸν ἀλλ' ἤ τοι μὲν ταῦτα μεταφρασόμεσθα καὶ αὖθις.* Eandem explicationem habet scholiasta, dubitari autem potest num revera ad nostrum locum pertineat an sit desumpta

---

1) Nihilo felicius in vs. 1046 Meinekius in suspicionem vocavit vetulæ exclamationem »*ποίου χρόνου*", „quid longum narras temporis spatium"; proponens *πόσου χρόνου* vel *πολλοῦ χρόνου*.

ex aliqua proverbialium locutionum collectione [1]; attamen verba quæ apud Suidam leguntur efficiunt ut *ὄρνιν* ex glossemate ortum esse suspicemur; neque iniuria Meinekius, Kockius, Blaydesius receperunt Porsoni emendationem *ἀλλὰ πρὸς τοῦτον μὲν ἡμῖν ἔστιν ὕστερος λόγος.*

Alter locus est **Avv. 881.** Ibi omnes dei invocantur, ut salutari suo auxilio opitulentur novæ urbis incolis, *αὐτοῖσι καὶ Χίοισι... καὶ ἥρωσι καὶ ὄρνισι καὶ ἡρώων παισί, πορφυρίωνι καὶ πελέκαντι κτέ.* — Coniciendo legendum esse *ἥρωσιν ὄρνισι* Hermannus (quem secuti sunt Bergk, Meineke, Dindorf, Kock) optime ipse indicavit quo modo verba haud dubie spuria *καὶ ὄρνισι* in textum irrepserint: nempe annotatio *ὄρνισι* olim invecta, deinde addito *καὶ* cum præcedentibus iuncta est.

In integrum restitui iam nequit **Avv. 388**:

καὶ τὸ δόρυ χρή, τὸν ὀβελίσκον
περιπατεῖν ἔχοντας ἡμᾶς
τῶν ὅπλων ἐντός.

Hastarum enim loco Pithetærum sociumque [2]) verubus uti spectatores ipsis oculis videbant, neque dubitari potest quin ex scholio orta sint verba *τὸν ὀβελίσκον,* quæ delevit v. cl. Halbertsma (assentiente Meinekio ann. crit. p. VI); quibus tamen eiectis lacunæ signum ponendum est.

Transeo ad **Avium versum 533.** Qui sic traditus est:

κοὐδ' οὖν, εἴπερ ταῦτα δοκεῖ δρᾶν,
ὀπτησάμενοι παρέθενθ' ὑμᾶς,
ἀλλ' ἐπικνῶσιν τυρόν, ἔλαιον,
σίλφιον, ὄξος, καὶ τρίψαντες
κατάχυσμ' ἕτερον γλυκὺ καὶ λιπαρὸν κτέ.

---

1) Haud aliter nos: „daar kunnen we later nog wel eens een woordje mee spreken."
2) Ambos enim his armis fuisse instructos rectissime nuper observavit v. d. Vürtheim (Mnemos. XXVII, p. 335).

Ad *ἐπικνῶσιν* in scholiis annotatum legitur: *ἐπιβάλλουσι συντρίψαντες*; quod qui annotavit pro *καὶ τρίψαντες* legisse *συντρίψαντες* putat Blaydes; equidem illud *καὶ τρίψαντες* ex ipso scholio ortum esse censeo; quid enim significat *τρίβειν* vel *συντρίβειν κατάχυσμα*? Nullum novi verbum quod aptius ei substituamus quam id quod in textum induxit Blaydesius *χάψήσαντες.* [1]) Rutherfordius etiam verba *κατάχυσμ' ἕτερον* [2]) delet, sed parum apte inter se cohaerent versus:

ἀλλ' ἐπικνῶσιν τυρὸν, ἔλαιον,
σίλφιον, ὄξος γλυκὺ καὶ λιπαρὸν

et: *κἄπειτα κατεσκέδασαν θερμόν κτέ*; in quibus praeterea quid sit *ὄξος γλυκύ* vellem mihi explicaretur!

Omnes codices annotatione interpolati esse videntur Vesp. 661, qui versus sic traditus est:

ἀπὸ τούτου [3]) *νυν κατάθες μισθὸν τοῖσι δικασταῖς τοὐνιαυτοῦ.*

Metri causa Bentleius rescripsit *ἐνιαυτοῦ* pro *τοὐνιαυτοῦ*, sed gravius latet vitium et *τοὐνιαυτοῦ* verba vere Aristophanea quæ reperiri iam non possunt expulit; nam Græce dici *τοῦ ἐνιαυτοῦ*, non *ἐνιαυτοῦ* iure observat Blaydes; nihil autem hic valere potest quod ex Thucydide VI 8 § 1 citat Graves: *τάλαντα μηνὸς μισθόν.*

Iniuria auctoritati codicum R et V obsecuti esse mihi videntur editores post Dindorfium in Ran. 193, quem versum sic edunt:

οὔκουν περιθρέξει δῆτα τὴν λίμνην κύκλῳ;

---

1) Vel potius *καὶ ἱψήσαντες*, cf. van Leeuwen et Mendes da Costa Praef. Iliad.[2], p. VIII sq.

2) *Καταχυσμάτιον* legendum esse perquam probabilis est Kockii et Blaydesii suspicio.

3) Sic ex R Bergk, Dindorf, Starkie; *τούτων* ceteri codices ceteræque editiones; equidem *ἐπέχω*.

Quin enim verum sit quod habent deterioris notæ multi codices et scholion (quod deest in R et V) *τρέχων* pro *κύκλῳ*, nullus dubito. Primum enim fieri facile potuit ut *κύκλῳ* olim adscriberetur ad illustrandum *περι* —; deinde et per se spectata præstat altera lectio *περιθρέξει τρέχων*, [1]) quacum comparo locutiones quales sunt *φεύγων προφυγεῖν*, *φεύγοντ' ἐκφυγεῖν*, de quibus cf. Van Leeuwen ad Acharn. 177, ad Vesp. 466; *κύκλῳ* vel *ἐν κύκλῳ* alibi apud Aristophanem semper significat „circumcirca" [2]), ita ut *περιτρέχειν κύκλῳ τὴν λίμνην* sit: „in circulo circum lacum cursare", non: „ab hac parte lacus in oppositam se conferre."

Eodem interpretandi morbo quo librarii, Bergkius et Meinekius laborarunt in **Vesp. 1519**, qui sic in codicibus traditus est:

ἄγ' ὦ μεγαλώνυμα τέκνα
τοῦ θαλασσίου (*θαλασίου* V).

Una metro deest syllaba, quam bene supplevit Burgessius (quem sequuntur Dindorf, Richter, v. Leeuwen, Blaydes, Graves, Starkie) scribendo *θαλασσίοιο*; pessime vero Bergkius et Meinekius ediderunt *τοῦ θαλασσίου θεοῦ*, in quibus *θεοῦ* est glossema, cuius synizesis in fine versus valde est suspecta.

Denique hic dicendum est de **Vesp. 247**, quem sic ex V ediderunt Bergk, Richter, Meineke, Graves, Starkie:

χωρῶμεν, ἅμα τε τῷ λύχνῳ πάντῃ διασκοπῶμεν
μή που λίθος τις ἐμποδὼν ἡμᾶς κακόν τι δράσῃ,

---

1) „Curriculo currere," ut est apud Plautum.

2) Ceteros locos Aristophaneos qui huc faciunt enumerat Van Herwerden ad Pac. 756 (prætermittens Vesp. 1529, Avv. 1159; pro Eccl. 879 leg. Eccl. 379), simul observans in senariis *ἐν κύκλῳ* frequentius esse; qua de causa Vesp. 432 iniuria Bergkium et Richterum sprevisse censeo lectionem codicis R *τωφθαλμων κύκλῳ* (l. *τὠφθαλμὼ 'ν*), quod e coniectura reposuerat Elmsley.

Alia huius locutionis exempla inveniuntur e.g. *Aesch.* Pers. 368, 418; *Soph.* Antig. 118, 241, Electr. 895, Trach. 194, Philoct. 356; *Eur.* Suppl. 103, Bacch. 463, 653, 1106, Iph. Aul. 1568, Iph. Taur. 331, Herc. 926; Demosth. XVIII. § 96.

probante Cobeto (Brieven aan Geel p. 331). — Sed sic non solum ad *ἐμποδών* addendum fuisset participium, ut iure observant v. Bamberg (de Codd. R et V p. 31), et van Leeuwen, sed etiam minus aptum se habet *πάντῃ* in vs. 246. Nihil denique offendit in vulgata lectione *λαθών τις*; alteram lectionem e glossemate ortam esse rectissime censet von Bamberg, sed minus recte idem opinatur ad *τις* mente supplendum esse *λίθος*.

Ut tamen haec quoque *θέσις* suam sibi habeat *ἀντίθεσιν*, in fine capitis dicam de loco, ubi interpretis manum a nonnullis agnitam, equidem non cerno, sed qui aliter tractandus esse mihi videtur. Nempe **Equitt. 814** de Themistocle haec dicuntur:

ὃς ἐποιήσεν τὴν πόλιν ἡμῶν μεστὴν εὑρὼν ἐπιχειλῆ
καὶ πρὸς τούτοις ἀριστώσῃ τὸν Πειραιᾶ προσέμαξεν,
ἀφελών τ' οὐδὲν τῶν ἀρχαίων ἰχθῦς καινοὺς παρέθηκεν.

Plerique huius loci interpretes aut vocem *μεστήν* e glossemate natam esse putarunt, aut tenuissimum quoddam discrimen statuere conati sunt inter *μεστήν* et *ἐπιχειλῆ*. Quod ad priorem sententiam — *ἐπιχειλής* per *μεστός* explicatum esse estne veri simile? Nonne potius adiectivum *πλήρης* adhibuisset interpres? Præterea sumamus eiciendum esse *τὸ μεστήν*, et lacunam sic natam nostro marte explere nobis licere — sicut explere conati sunt Piccolomini *νῆστιν γ'*, Zacher Arist. Stud. p. 125 [1]) *αὖαν*, alii alia conicientes — quid tum restat? Themistocles urbem Athenarum *ἐπιχειλῆ ἐποίησε* — sed quaenam est ista Græcitas? Nonne utique addendum est quanam re eam ad labra usque repleverit? — sic enim *ἐπιχειλής* interpretandum esse Zachero l. l. libenter concedo. Ne multa, corruptelæ sedem quæro in *εὑρών*, quod non ita audaci coniectura muto in *ἀγαθῶν*:

1) Konrad Zacher. Aristophanesstudien, erstes Heft. Anmerkungen zu Aristophanes' Rittern. Leipzig. Teubner, 1898.

Themistocles urbem bonis cibis (hoc enim sæpius significat ἀγαθά, cf. van Herwerden ad Pac. 436) ad labra usque replevit; præterea Piræum addidit novosque pisces apposuit, nihil de pristinis deliciis detrahens. Sic simul apparet quomodo adiectiva μεστός et ἐπιχειλής inter se differre putem; nempe gradatio quædam inest his adiectivis in vicinia positis. [1])

Eadem autem de causa Kaibelium σύκων, ἀφυῶν „oder was besseres" coniecisse me docuit Zacheri liber; mihi veri similius esse videtur non certum quendam cibum olim ab Aristophane nominatum esse.

Minus recte nisi fallor qui eandem quadamtenus ingressus est viam Kockius proposuit μεστήν, ἰσχυράν, ἐπιχειλῆ; nam voce ἰσχυρός corrumpitur imago hominis edacis, qua utitur Isiciarius. In vulgata vero hoc quoque incommodum est, quod minime aptum est ad Themistoclis laudes efferendas si urbem Athenarum (bonis rebus) iam impletam invenisse dicitur.

1) Maximo iam afficior gaudio quod v. cl. van Leeuwen, cuius viri Ἀριστοφανικωτάτου præceptis et benevolentiæ quid debeam melius quam ulla verba hæc ipsa demonstrat disputatio, se in idem incidisse me docet, nisi quod exspectet potius πάντων ἀγαθῶν ἐπιχειλῆ. Quam tamen coniecturam nimis esse audacem libenter agnoscit præceptor æstimatissimus; qua autem de causa me quidem non male habeat τὸ μεστήν supra exposui.

CAPUT QUARTUM.

De pronominibus insertis.

Saepius pronomina, et præsertim pronomina personalia, invito poeta inserta sunt; rectissime Blaydes ad Plut. 1170: „nihil frequentius pronominis interpolatione" [1]). Sic **Equitt. 14** pro *ἵνα μὴ μάχωμαι* („scil. *σοι*" annotat Blaydes) in VAΘPM [2]) legitur *ἵνα σοι μὴ μάχωμαι*; prorsus eodem modo **Equitt. 339** *διαμαχουμαι σοι* (sic) pro nudo *διαμαχοῦμαι* habet R; **Nubb. 221** *σύ μοι κάλεσον* pro *σὺ κάλεσον* est in AΦ Mut. 3; **Nubb. 1255** *θήσω σοι πρυτανεῖα* pro *θήσω πρυτανεῖα* in Harl. 2, Bodl. 3, 7, Par. 3; alia autem exempla præbent editiones criticæ Equitt. 123, Nubb. 314, 374, Avv. 1550.

Quin **Plut. 1170**, qui versus apud Kusterum adhuc sic legebatur: *ἵν' εὐθέως διακονικὸς εἶναί μοι δοκῇς*, Bentleius iure pronomen *μοι* deleverit nemo hodie est qui dubitat; dubitatur autem **Equitt. 741**, ubi omnes codices habent *εἰπὲ νῦν* (vel *εἰπέ νυν*) *τί δρῶν*; in R et M vero traditum est *εἰπέ μοι νῦν*, unde

---

1) cf. idem ad Acharn. 437, ad Thesm. 754, ad Plut. 648.

2) Littera M in Equitibus et Ranis eundem quem Velsenius indico codicem, Ambrosianum L 39, qui apud Blaydesium Med. 8 dicitur.

temere *εἰπέ μοι* Dindorf (olim), Bergk, Kock, v. Velsen, Ribbeck, Blaydes, Zacher, probante Bambergio (l. l. p. 16 not. 2) hac de causa quod semper apud Aristophanem post *εἰπέ* sequatur pronomen personale; contra quem Schneeius (in libelli anno 1876 emissi p. 15) iure observavit nudum *εἰπέ* tamen obvium esse Equitt. 1361, et alibi *λέγε νυν* inveniri; ego quoque propter alia pronominum in codicibus R et M insertorum exempla, horum librorum lectionem reiciendam esse censeo.

Similiter se habet **Nubb. 87**, qui versus vulgo sic editur:

ὦ παῖ πιθοῦ. ΦΕΙΔ. *τί οὖν πίθωμαι δῆτά σοι;*

In R et paucis aliis post *πιθοῦ* additum est *μοι*, quod quin ex glossemate ortum sit mihi quidem dubium non est; parum recte igitur pronomine retento versus numeros sanare conati sunt nonnulli: *ὦ παῖ, πιθοῦ μοι.* ΦΕΙΔ. *τί δὲ πίθωμαι δῆτά σοι;* ex C. F. Hermanni coniectura dederunt Bergk, Kock, Meineke, Dindorf, Kähler; *ὦ παῖ, πιθοῦ τί μοι.* ΦΕΙΔ. *τί πίθωμαι δῆτά σοι;* proposuit Reisig, metro durissimo; *ὦ παῖ, πιθοῦ μοι.* ΦΕΙΔ. *καί τί πίθωμαι δῆτά σοι;* Dobræus.

Venio ad **Nubb. 1243**, cuius versus in editionibus Bergkii, Dindorfii, Leeuwenii hæc recepta est lectio:

ἀλλ' εἶτ' ἀποδώσεις μοι τὰ χρήματ', εἴτε μή,
ἀπόπεμψον ἀποκρινάμενος.

Pronomen *μοι* omittitur in Ravennate, Veneto [1]), aliis nonnullis; quod interpreti deberi iam olim Brunckius monuit; optime contra in Par. 8 et Cant 1,3 legitur:

ἀλλ' εἶτ' ἀποδώσεις δὴ τὰ χρήματ', εἴτε μή,

quam lectionem iure Hermannum recepisse censeo [2]).

1) In hoc etiam *εἴτε μή* omissum est secundum Cobetum.

2) Verte: „sed dic tandem sisne redditurus pecuniam necne." — Kockius, Teuffelius, Meinekius, Coenius, Kählerus ex deterioribus multis codicibus

Diligentius si huic rei animum attendisset Bergkius **Avv. 1579** non sic edidisset:

τὴν τυρόκνηστίν μοι δότω· φέρε σίλφιον·

quæ lectio invenitur in VRA, Vossianus autem *ὑπερμετρικῶς* habet *μοί τις δότω*, ceteri vero *τίς δότω*, quod iure a ceteris editoribus receptum est.

Neque probabilis est Blaydesii coniectura **Plut. 648**, ubi vulgo editur: *πέραινε τοίνυν ὅ τι λέγεις ἀνύσας ποτέ*, legendum esse *μοί νυν* pro *τοίνυν*, quoniam in uno Mut. 3 traditum sit *μοι τοίνυν—*.

Tres tamen addam locos ubi pronomen *μοι* vel *σοι* iniuria a nonnullis editoribus omissum esse mihi videtur. Sunt hi:

Equitt. 346. Bergkium Meinekiumque versum sic edentes:

ἀλλ' οἶσθ' ὅπερ πεπονθέναι δοκεῖς; ὅπερ τὸ πλῆθος,

quæ in R et V tradita sunt, cum ceteri habeant *ὅ μοι πεπονθέναι*, iure reprehendit v. Bamberg l. l. p. 2 sqq.; nullus enim hic locus pronomini *ὅπερ*. A quo dissentit Schneeius (anno 1876, p. 5), sed adversarii argumentis ne indicatis quidem; de quibus Zacherus quoque tacet, ceteroquin eandem defendens sententiam (Aristophanesstudien, p. 58 sq.; in editione sua vulgatam retinuerat).

Nubb. 489. Sic hunc versum edunt Hermann, Bergk, Teuffel, Coen, Dindorf:

ἄγε νυν ὅπως, ὅταν τι προβάλωμαι σοφὸν
περὶ τῶν μετεώρων, εὐθέως ὑφαρπάσει,

eaque olim vulgata erat lectio; *τί προβάλλωμαι σοφόν* est in GR [1]) TX Par. 3, Harl. 2,3; *τι προβάλλωμαί σοι σοφῶν* habet V,

---

receperunt: *ἀλλ' εἴτε γ' ἀποδώσεις τὰ χρήματ' εἴτε μή* — nemo tamen eorum explicat quid hic significet *γε*. Nimis violenter, nec tamen eleganter (nam *εἴτε μή* in fine versus maiorem vim habere iure observat v. Leeuwen) Blaydes: *ἀλλ' εἴτ' ἀποδώσεις εἴτε μὴ τὰ χρήματα—*.

[1]) In hoc tamen secundum Herwerdenum est *τι προβάλλω καί σοι σοφόν*.

τι σοφὸν προβάλωμαι Leid. 5; *τι σοφὸν προβάλλωμαι* Bodl. 7. — Pronomen mihi quidem prorsus necessarium videtur; itaque dubitari vix potest quin scribendum sit *τι προβάλω σοι σοφόν*, quod ex Hirschigii coniectura ediderunt Blaydes, Kock, van Leeuwen; nisi quis malit *τι προβάλλω σοι σοφόν*, quod probarunt Meineke et Kähler.

Pac. 253. Prave Richterus, editores ante Brunckium secutus, versum sic edidit:

οὗτος, παραινῶ μέλιτι χρῆσθαι θἀτέρῳ,

omisso *σοι*, quod in codicibus post *παραινῶ* legitur; quid enim hic significat *θἀτέρῳ*? Quod ex *ἑτέρῳ* ortum est errore librarii, quem offendebat synizesis in *χρῆσθαι ἑτέρῳ*.

Plures etiam numero sunt loci, ubi insertus est accusativus pronominis personalis. Nascens malum cernimus **Equitt. 937**, ubi in Γ manus secunda supra *φαγεῖν* scripsit *σε*, vel **Nubb. 696**, ubi pro *εἴπερ γε χρὴ | χαμαί μ' ἔασον αὐτὰ ταῦτ' ἐκφροντίσαι*, *εἴπερ με* habet Bodl. 7, *εἴ γέ με* GT Bodl. 1, Harl. 1. Mirus consensus est omnium qui innotuerunt codicum præter deteriores nonnullos **Nubb. 345** in vitiosa lectione *ἅττ' ἂν σ' ἔρωμαι* pro *ἅττ' ἂν ἔρωμαι*; **Pac. 600** *σε* post *προσγελάσεται* additur in B (de V idem affirmat Blaydes, sed negat Cobet), **Plut. 912** *οὐ γὰρ προσήκει τὴν ἐμαυτοῦ μοι πόλιν | εὐεργετεῖν, ὦ κέπφε, καθ' ὅσον ἂν σθένω*, post *εὐεργετεῖν* pronomen *μ'* insertum est in AU, aliis [1]).

Bothio, cuius editiones et coniecturas magis ob multitudinem

---

1) Item in V sec. Blaydesium, sed nulla huius rei mentio neque apud Cobetum neque apud Velsenium.

Plura autem exempla qui cupiat, adeat Blaydesii apparatum criticum ad Nubb. 1174, Plut. 142. — Eiusdem interpolationis exemplum forte fortuna inveni in *Vita Persii*, ubi codices αP habent:

Nec fonte labra prolui caballino
nec in bicipite somniasse Parnasso
memini *me* ut repente sic poeta prodirem.

quam ob præstantiam mirari soleo, aliquando tamen felicius cessit emendatio quam Bentleio, principi criticorum. Nam in **Equitum versu 340**, ubi codices quotquot collati sunt metro invito habent *καὶ μὴν ἐγώ σ' οὐ παρήσω*, Bentleius scribebat *καὶ μήν σ' ἐγὼ οὐ παρήσω*, probante Dindorfio; iniuria tamen, nam recte Blaydesius observat sic potius *σοι* exspectari; præterea, ut me monet v. cl. van Leeuwen, retento pronomine Isiciarii verba significarent „missum te non faciam", neque in versu sequenti *πάρες, πάρες πρὸς τῶν θεῶν αὐτῷ διαρραγῆναι*, in aliam significationem detorqueri possent. Optime vero Bothius pronomen *σε* delevit. Quem qui et ingenio et doctrina longe longeque superabat G. Hermannus **Nubb. 143** tamen parum recte retinuit deteriorum multorum codicum lectionem *νομίσαι δέ σε ταῦτα χρὴ μυστήρια*, cum in VR aliis pronomen *σε* omittatur. Neque magis mihi placet Blaydesius in **Nubium versu 819** *τὸ* [1]) *Δία νομίζειν ὄντα τηλικουτονί*, ex Bodl. 6, Cant. 4, Mon., Elb. recipiens lectionem *σ' ὄντα*, licet ceteri omnes omittant pronomen *σε*, vel **Plut. 345** probans quod habent Harl. 2 et Bodl. 2, *σ' ἔξεστιν*, simulque annotans: „Forte *σοὔξεστιν*. Requiritur omnino pronomen." Magna contra cum veri specie idem, Brunckium secutus **Nubb. 1136** ex Mut. 3 pro:

πᾶς γάρ τις ὀμνύς [2]), *οἷς ὀφείλων τυγχάνω*
θείς μοι πρυτανεῖ' ἀπολεῖν μέ φησι κἀξολεῖν

rescripsit *ἀπολεῖν τε φησί κἀξολεῖν*, im qua lectione egregie mihi quidem placent *ἀπολεῖν* et *ἐξολεῖν* tam arte coniuncta.

Transeo ad **Nubb. 696**, ubi Socrati iubenti:

ἐκφρόντισόν τι τῶν σεαυτοῦ πραγμάτων,

---

1) Sic Valckenaer (Diatribe de Aristobulo ed. Luzac p. 4); codices habent *τόν*. — E scholio *τοῦ δὲ Δία τὸ α ἐκτείνεσθαί φησι Σύμμαχος* apparere Symmachum adhuc veram novisse lectionem iure observavit Ernesti (apud Hermannum).

2) Sic ex deterioribus codicibus multis editores post Reisigium, præter Bergkium; olim *'όμνυσ'* legebatur.

Strepsiades respondet: *μὴ δῆθ', ἱκετεύω σ', ἐνθάδ' κτέ.* — sic certe ex deterioribus nonnullis ediderunt Hermann, Dindorf, Blaydes; hic tamen mihi quidem displicet *ἐνθάδε* a Strepsiade de eodem loco usurpatum, de quo *δευρί* (vs. 694) adhibuit Socrates. In RV aliis est *μὴ δῆθ' ἱκετεύω σ' ἐνταῦθ'* cum vitio metrico: hinc autem deleto pronomine (cf. Ran. 11) venimus ad lectionem a Dobræo propositam, a Bergkio, Meinekio, Teuffelio, Coenio, Kählero, Leeuwenio receptam (quæ neque Blaydesio displicet) *μὴ δῆθ', ἱκετεύω, ἐνταῦθά γ'*. Particula *γε* etsi non prorsus necessaria, tamen utilissima hic est; veri autem dissimile duco *μὴ δῆθ' ἱκετεύω 'νταῦθά σ'*, quod edidit Kock, comparans locutionem *ναί σε πρὸς θεῶν*, quae nihil ad rem.

Similis est pronominis origo **Nubb.** 1340:

ἐδιδαξάμην μέντοι σε νὴ Δί', ὦ μέλε,
τοῖσιν δικαίοις ἀντιλέγειν, εἰ ταῦτά γε
μέλλεις ἀναπείσειν, ὡς δίκαιον καὶ καλὸν
τὸν πατέρα τύπτεσθ' ἐστὶν ὑπὸ τῶν υἱέων,

ubi *μ'* in multis codicibus additur post *ἀναπείσειν*; quod retinuerunt Hermann et van Leeuwen [1]); sed recte, nisi fallor, Kähler annotat: „*ἀναπείσειν* ohne einzelnes Objekt (vgl. 143): irgend jemand überzeugen." — Glossatorem agit Blaydes, in vs. 1399 pro *ταῦτά γε* legendum esse coniciens *ταῦτά με*.

Dubitari potest de **Pacis versu** 166, *ἀπολεῖς μ', ἀπολεῖς*, ubi *μ'* olim delebat Florens Christianus, quem antehac sequebatur Herwerdenus, nunc tamen pronomen retinens propter Vesp. 1202 et Soph. Trach. 1008 (hunc tamen versum quominus eodem modo interpolatum esse statuamus nihil obstat). Cf. etiam Acharn. 470, Thesm. 1073, Eur. Herc. 1052 [2]).

1) Brunckium secuti, qui *μέλλεις μ' ἀναπείθειν* dederat.

2) Locus me monet, ut dicam de *Rann.* 1245:

ἀπολεῖς· ἐρεῖ γάρ, ληκύθιον ἀπώλεσεν,

ubi iniuria Velsenium revocasse puto veterem lectionem *ἀπολεῖ σ'*; quam ortam

Hic etiam **Pacis versus 346** sub censum vocandus est. Qui sic in Ravennate traditus est:

εἰ γὰρ ἐκγένοιτ' ἰδεῖν ταύτην με τὴν ἡμέραν ποτέ.

V habet *γένοιτ'*; in C est *εἰ γὰρ γένοιτ' ἰδεῖν με ταύτην τὴν ἡμέραν ποτέ*, in B *εἰ γάρ μοι γένοιτ' ἰδεῖν ταύτην τὴν ἡμέραν ποτέ*. — Pronomen insiticium esse vel ipsa varietas lectionis clamat; quo eiecto et transpositis verbis *ταύτην τὴν ἡμέραν* quidni cum Porsono (quem secuti sunt Meineke et Blaydes) legamus:

εἰ γὰρ ἐκγένοιτ' ἰδεῖν τὴν ἡμέραν ταύτην ποτέ.

Præ qua lectione ceteræ quæ apud Blaydesium et Herwerdenum commemorantur sordere mihi videntur [1]).

Vellem editores in **Plut. 998** pro *τί σ' ἔδρασ'; εἰπέ μοι* recepissent lectionem *τί ἔδρασ'; εἰπέ μοι*, quæ invenitur in codicibus Φ et U: nam etiamsi minus placeat mea de pronominibus personalibus insertis disputatio, hoc saltem facile est ad creden-

---

censeo e coniectura librarii qui nesciret apud Atticos *ἀπολεῖς* idem valere atque „enecas" apud Latinos (vide e.g. Terent. Phorm. 384). Eodem autem errore Halmius (Mus. Rhen. XXIII, p. 211) nulla codicum mentione facta legendum esse coniecit *ἀπολεῖ σ'*; quem vel una Fritzschii editio meliora docere potuerat.

1) *εἰ γὰρ ἐκγένοιτ' ἰδεῖν ταύτην με τὴν ἡμέραν* Bergk, Richter, v. Herwerden; *εἰ γὰρ ἐκγένοιτ' ἰδεῖν ταύτην μέ ποτε τὴν ἡμέραν* Dindorf et Paley; *εἰ γὰρ ἐκγένοιτ' ἰδεῖν μοι* (vel *με*) *τήνδε ποτὲ τὴν ἡμέραν* Blaydes. Ceterum recepta Porsoni coniectura in vs. 385 metri causa retinenda est vulgata lectio *μηδαμῶς μὴ μηδαμῶς*, pro qua *μὴ μηδαμῶς μηδαμῶς* habet Ravennas, errore manifesto, *μηδαμῶς μηδαμῶς* Venetus, probantibus Bergkio, Richtero, Herwerdeno; neque minus hinc pendet correctio versus 582, ubi in libris legitur:

χαῖρε χαῖρ' ὦ φίλταθ' ὡς ἀσμένοισιν ἡμῖν ἦλθες,

metro sententiaque invitis, utique enim requiritur *φιλτάτη* (cf. Schol. RV: *τὸ τέλειον φιλτάτη, σκληρῶς τοῦ η συναλειφθέντος*; *σκληρὰ* sane est talis *συναλοιφή*!). *Χαῖρε χαῖρ', ὡς ἀσμένοισιν ἦλθες, ὦ φιλτάτη* dederunt Bergk et v. Herwerden; *χαῖρε χαῖρ', ὡς ἦλθες ἡμῖν ἀσμένοις, φιλτάτη* Bergk (in priore editione) et Richter *χαῖρε χαῖρ', ὡς ἀσμένοισιν ἦλθες ἡμῖν, φιλτάτη* Meineke; *χαῖρε χαῖρ', ὡς ἦλθες ἡμῖν ἀσμένοις, ὦ φιλτάτη* Bekker, Dindorf, Paley; quod verum videtur

dum σ' additum esse a librario cui parum constaret de hiatu post τί apud comicos admisso.

In eiusdem fabulæ **vs. 1042** haec lectio servata est in codicibus A et Cant. 4:

NEA. *ἀσπάζομαί σε,* ΓΡ. *τί φησιν;* NEA. *ἀρχαία φίλη,*
πολιὰ γεγένησαι ταχύ γε νὴ τὸν οὐρανόν—

σέ φησιν omisso *τί* habet R, quæ Chremylo tributa receperunt Bergkius et Meinekius; sed præterquam quod sic obscurum manet unde ortum sit *τί*, hoc sensu apud Atticos *λέγειν*, non *φῆναι* in usu esse, iure Dobræus observavit, testibus exemplis a Blaydesio in comm. exeg. ad vs. 1099 allatis. Ceteri codices *σε* recte omittunt.

Restat **Plut. versus 1092**, ubi Chremylo dicenti

θάρρει, μὴ φοβοῦ,
οὐ γὰρ βιάσεται,

iuvenis reponit:

πάνυ καλῶς τοίνυν λέγεις,
ἱκανὸν γὰρ αὐτὴν πρότερον ὑπεπίττουν χρόνον—

Blaydesius ex codice Mut. 1 recipit pronomen *σε* post *βιάσεται*, iniuria, ut censeo, nam Chremyli verba ab iuvene interrumpi puto. Præterea, ut me monet v. cl. v. Leeuwen, eadem hic est res atque Equitt. 340 (cf. supra pag. 38): si enim additur pronomen, iuvenis Chremyli verba vix et ne vix quidem ut de vino dicta accipere potest.

Quæ deinde Blaydesio placet lectio codicis V *οὐ γάρ τι* pro *οὐ γάρ*, ea propter metrum valde est suspecta.

Cavendum tamen est, ne semper et ubique hoc persequamur. Nam **Plut. 432** *ἀλλ' ἥτις εἶ λέγειν σ' ἐχρῆν αὐτίκα μάλα*, ubi σ' post *λέγειν* additum est in VR et multis aliis; **Plut. 606** *ἀλλ' οὐ μέλλειν χρῆν* (*χρή* R cum deterioribus plerisque, quod

iniuria præferunt Bergk, Dindorf, von Velsen) σ', ἀλλ' ἀνύειν; **Plut.** denique **966** ἀλλ' ὅτι μάλιστ' ἐλήλυθας λέγειν σ' ἐχρῆν, ubi σ' omittitur in V et deterioribus multis, fuit cum pronomen delendum censerem, coll. Pac. 1041, Plut. 406, 624, ubi in eadem locutione deest in omnibus codicibus; nunc tamen tutius esse mihi videtur meliores codices sequi, quoniam **Avv. 58**:

οὐκ ἀντὶ τοῦ παιδός σ' ἐχρῆν ἔποποῖ καλεῖν;

ubi σ' necessarium esse metrum testatur, in omnibus codicibus omittitur, interpolatus vero codex B habet γ' ἐχρῆν, quod e librarii coniectura ortum [1]).

Neque magis secundum hanc normam iudicare velim de **Nubium versu 1022**:

καὶ πρὸς τούτοις τῆς 'Αντιμάχου
καταπυγοσύνης σ' ἀναπλήσει—

sic enim recte ex paucis deterioribusque codicibus edidisse censeo Kockium, Kählerum, Blaydesium, Leeuwenium, probantibus Coenio et Meinekio (Annot. crit. p. LXIV); ceteri reliquos codices sequuntur, qui omittunt pronomen σ'; sic autem ἀναπλήσει futurum est passivum, cuius usitata forma est ἀναπλησθήσει; quod si non omnino absurdum [2]), attamen valde suspectum est. Altera lectio hoc quoque nomine præstat quod non in dubio relinquit, *cuiusnam hominis culpa* futurum sit ut Antimachi impudicitia iuvenis inquinetur.

Rarius nominativus pronominis personalis insertus est; nec tamen prorsus desunt exempla. Aptissimum est **Plut. 217**, ubi in V legitur: αὐτὸς ἐγὼ διαπράξω ταῦτα pro simplici αὐτὸς

---

1) „B's favourite device is the insertion of γε" — Starkie Prolegg. Vesp. p. L*).

2) „Nam futurum πλήσομαι, licet alias apud Atticos scriptores non extet, potuit tamen ab aoristo ἐπλήμην sine vitio deduci, et apud Aratum certe reperitur Phæn. 1121". — Van Leeuwen.

διαπράξω ταῦτα. Neque minus claro quomodo tales ortæ sint corruptelæ apparet in **Nubium versu 1036**:

καὶ μὴν πάλαι γ' ἐπνιγόμην τὰ σπλάγχνα,

ubi multi inferioris ordinis codices habent καὶ μὴν πάλαι γ' ἔγωγ' κτἑ, vel καὶ μὴν πάλ' ἔγωγε vel καὶ μὴν πάλαι 'γωγ', vel καὶ μὴν πάλαι ἔγωγ'; in R et V denique excidit πάλαι et remansit καὶ μὴν ἔγωγε. Haud secus **Nubb. 870** pro αὐτὸς τρίβων εἴης ἂν in deterioribus multis legitur αὐτὸς σὺ τρίβων εἴης ἄν.

Sic **Pac. 847** pro πόθεν δ' ἔλαβες ταύτας σύ; ΤΡ. πόθεν; Meinekius, Blaydesius, Herwerdenus, Elmsleium, Hirschigium, Cobetum secuti, iure rescripserunt πόθεν δ' ἔλαβες ταύτας; ΤΡ. ὁπόθεν; — nam mirantis et stupentis potius esset πόθεν quam rogatum secum reputantis.

Huc refero quod **Nubb. 672**, ubi Socrates observavit τὴν κάρδοπον ἄρρενα καλεῖς, θήλειαν οὖσαν, Strepsiades in plerisque codicibus (inter quos R et V) haec respondet:

τῷ τρόπῳ
ἄρρενα καλῶ 'γὼ κάρδοπον;

Verissime enim iam Brunckius rescripsit, quod Blaydesius quoque edidit: ἄρρενα καλῶ τὴν κάρδοπον, quod bene convenit præcedenti τὴν κάρδοπον; deteriores autem multi codices habent ἄρρενα καλῶ 'γὼ τὴν κάρδοπον.

Eodem modo ἔγωγε in Ravennate et Veneto abundat in **Nubium versu 1112**, ubi Socrati contendenti: ἀμέλει, κομιεῖ τοῦτον σοφιστὴν δεξιόν, Phidippides sic obloquitur:

ὠχρὸν μὲν οὖν οἶμαί γε καὶ κακοδαίμονα.

Pro οἶμαί γε igitur ἔγωγε habent optimi codices, quod glossema male servat Dindorf, Strepsiadi versum tribuens. Recte enim iam Hermannus: „Strepsiadis nil interest, pallidusne redeat filius an non, dummodo dicendi artes didicerit, sed Phidip-

pidis est coloris et formæ iacturam dolere, postquam invitus ad Socratem est adductus." [1])

Bambergio igitur non erat causa cur (de Codd. R et V p. 24) „iusto violentiorem" vocaret Burgessii coniecturam **Vesp. 1224** *τάχ' εἴσομαι* pro *ἐγὼ εἴσομαι*, quam coniecturam probavit Richter, receperunt Dindorf, van Leeuwen, Blaydes, Starkie [2]).

Restant duo tractandi loci, ubi pronomen *σύ* iniuria, ut mihi quidem videtur, retinent editores nonnulli. Quorum alter est **Equitt. 120**, ubi haec exclamat servus:

ὦ λόγια· δός μοι, δὸς τὸ ποτήριον ταχύ,

δὸς σύ μοι hic habent V² et alii nonnulli; itaque aut *σύ*, aut *μοι* ex interpretatione ortum est; hoc putat Blaydesius, illud Bergk, Meineke, Ribbeck, Dindorf, v. Velsen, Kock, Zacher; in quorum partes ego quoque cedo, quoniam iam in versu 118 dictum est: *σὺ δ' ἔγχεον πιεῖν*; hic igitur si repeteretur *σύ*, alius homo indicari censendus esset.

Alter locus est **Nubb. 823**, cuius versus haec olim vulgata erat lectio:

καί σοι Φράσω πρᾶγμ' ὃ σὺ μαθὼν ἀνὴρ ἔσει—

quam iniuria post Dindorfium revocavit Blaydesius. Etenim in VR [3]) et tribus aliis ante *πρᾶγμα* additur *τι*; *σύ* omittitur in uno codice Mutinensi; unde facile venimus ad lectionem ab Hermanno restitutam:

καί σοι Φράσω τι πρᾶγμ' ὃ μαθὼν ἀνὴρ ἔσει —.

---

1) Ipsius tamen Hermanni correctio *ὠχρὸν μὲν οἶμ' ἔγωγε καὶ κακοδαίμονα* mihi inutilis et inelegans videtur: nihil hic aptius quam *μὲν οὖν* (immo).

2) Violentiam tolli putat Bambergius, si pronomine in alium locum transposito, locum sic refingamus:

τούτοις ξυνὼν τὰ σκόλι' ὅπως δέξει καλῶς.
ΦΙΛ. *ἄληθες; ὡς οὐδείς γε Διακρίων ἐγώ.*
ΒΔ. *τάχ' εἴσομαι· καὶ δὴ γὰρ εἶμ' ἐγὼ Κλέων,*

in quibus mirum quantum displicent et *ἐγώ* in fine versus nimiam vim habens, et *γε* post *οὐδείς* positum sed nihil omnino significans.

3) Secundum Hermann, Ferrai, Van Herwerden; Blaydes nihil de hoc codice annotat.

Diu dubius haesi de **Nubb. 1116**:

τοὺς κριτὰς ἃ κερδανοῦσιν, ἤν τι τόνδε τὸν χορὸν
ὠφελῶσ' ἐκ τῶν δικαίων, βουλόμεσθ' ὑμῖν φράσαι;

ubi *ἡμεῖς* pro *ὑμῖν* e codicibus R et V rescripserunt editores post Hermannum præter Leeuwenium ceteri. Quoniam tamen in sequenti versu statim omnes spectatores alloquitur chorus, non solos iudices, probabilius mihi est transitum parari pronomine *ὑμῖν*, et *ἡμεῖς* igitur glossatori deberi.

Duos tamen indicabo locos, ubi nisi fallor, præstat nominativum pronominis retinere. Nam **Nubb. 1416** [1]) hanc lectio-

---

[1]) Præcedentem senarium *κλάουσι παῖδες, πατέρα δ' οὐ κλάειν δοκεῖς*; tetrametris interpositum ægre ferentes librarii alii aliter supplere conati sunt; sic in aliis codicibus additur *τίη δή*, in aliis *τιὴ τι δή*, in aliis denique *ὁτιὴ δή*. Aptissime hæc omittunt Bergk, Teuffel, Coen, Dindorf, Kähler, Kock. Nam si rem per se spectamus, quid obstat quominus inter octonarios senarius insertus sit, cuius festivam parodiam quivis spectator statim intellegeret? Nihil, opinor, sed librarii quos hoc offendit varias *στοιβὰς* addiderunt. Neque iure Hermannus et Meinekius lacunæ signum posuerunt, Cobetus, Herwerdenus, Schneiderus, Leeuwenius suo marte versum explere conati sunt. Blaydesius totum versum delet; sed talia certe librarii addere non solebant neque eo carere possumus; nam si omittitur, *τοῦτο* in vs. 1416 non habet quo referatur, neque satis aptum est *κλάειν* in vs. 1418.

Alia res est *Pac.* 733, ubi in mediis *anapæstis* legitur versus trochaicus:

ἡμεῖς δ' αὖ τοῖσι θεαταῖς
ἣν ἔχομεν ὁδὸν λόγων εἴπωμεν ὅσα τε νοῦς ἔχει

(*ἔχωμεν* VC, *λόγον* RB), quem miror non offendisse hodiernos præter Herwerdenum, qui ex altera Pace eum desumptum esse putat; hunc igitur si sequimur delendus est — at tunc simul lacunæ signum ponendum. Ceteri editores acquieverunt in Dindorfii explicatione *παρῳδεῖσθαι* hic alius poetæ versum, sed tali licentiæ in versibus a choro recitatis locum esse confidenter nego. Accedit quod veteres commentatores nullam huius rei faciunt mentionem neque in exemplari quo utebatur scholiasta metricus metrum hoc modo interpolatum fuit.

Foede igitur corruptum esse censeo hunc versum, non minus foede quam *Ran.* 1028:

ἐχάρην γοῦν ἡνίκ' ἤκουσα περὶ Δαρείου τεθνεῶτος,

quem eleganter sic restituit Fritzsche:

nem e codicibus EZΦ Mut. 1, Bodl. 4 receperunt Teuffel, Coen, Blaydes:

φήσεις νομίζεσθαί γε παιδὸς τοῦτο τοὔργον εἶναι,

in qua non intellego quid significet *γε*, pro qua vocula ceteri codices habent *σύ*. Alia enim res est in versu quem conferunt 1185 *καὶ μὴν νενόμισταί γε*, ubi in *responsione* usurpatur particula. Accedit, quod optime inter se opponuntur *σύ* in vs. 1416 et *ἐγὼ δέ γε* in vs. 1417.

Similis est ratio **Avv.** 1691, ubi Neptunus Herculi, qui carnem sibi assandam relinquere ei proposuerat, respondet: *ὀπτᾷς τὰ κρέα*, ut e codice A ediderunt Bergk, Meineke, Dindorf, Kock; flagitatur tamen fere pronomen personale quod additur in ceteris codicibus, qui habent *σὺ τὰ κρέα*, unde recte ut videtur, Blaydes: *ὀπτᾷς σὺ κρέα.* Quamquam neque articulo libenter me carere affirmare ausim.

Minus etiam frequentes sunt versus in quibus eiecto genitivo pronominis personalis ipsius Aristophanis manum restitui puto. Attamen ne hi quidem desunt. Sic **Nubb.** 1169 in VR legitur: *ἄπιθι λαβὼν τὸν υἱόν σου*, ex quibus eice *τὸ σου* et habes lectionem a Bergkio, Meinekio, Teuffelio, Coenio, Dindorfio, Kählero, Kockio, Leeuwenio receptam. In ceteris vero codicibus legitur nil nisi *ἄπιθι σὺ λαβών*, in quibus desideratur obiectum et abundat pronomen *σύ*; hinc tamen in Par. 3 traditum est *ἄπιθι συλλαβών*, quod probarunt Hermann et Schnee (a. 1876 p. 45); non recte nisi fallor, hoc enim significaret „manibus adprehensum tecum duc (filium)", cum solum requi-

---

ἐχάρην γοῦν τῇ νίκῃ ἀκούσας παρὰ Δαρείου τεθνεῶτος.

Parum tamen satisficiunt quæ rescripsit Brunck:

ἣν ἔχομεν ὁδόν, λόγον εἴπωμεν, χὤσα τε νοῦς αὐτὸς ἔχει γε,

vel quæ Reisigius:

ἣν ἔχομεν τοιῶνδε λόγων εἴπωμεν ὅσ' ἂν αὐτὸς ἔχει νοῦς.

ratur „tecum duc filium". Eadem de causa reiciendam esse censeo Blaydesii coniecturam ἄπιθι τὸν υἱὸν ξυλλαβών rescribentis.

Nihilo melius idem Blaydesius, Bergkium, Teuffelium, Coenium secutus **Nubb.** 1401 recepit lectionem codicis R:

> ἐγὼ γὰρ ὅτε μὲν ἱππικῇ τὸν νοῦν μόνον[1]) προσεῖχον,
> οὐδ' ἂν τρί' εἰπεῖν ῥήμαθ' οἷος τ' ἦν κτἑ.

Nam quamquam μόνον adverbialiter usurpari posse Blaydesio libenter concedo, locus, ubi in nostro versu positum est hoc adiectivum necessariam facit hanc explicationem: „cum *solam mentem* rei equestri intentam haberem", pro: „cum *soli rei equestri* mentem intentam haberem." Optime igitur codex Δ præbet id quod e coniectura reposuerat Bentleius, quodque receperunt Hermann, Meineke, Dindorf, Kähler, Kock, van Leeuwen τὸν νοῦν μόνῃ. E *glossemate* vero orta est lectio codicum VA τὸν νοῦν μου; ceteri habent μόνῃ τὸν νοῦν cum vitio metrico [2]).

Dubitari potest de **Vesp.** 1073, ubi in RBC et in Aldina editione ὑπερμετρικῶς legitur:

> ἥτις ἡμῶν ἐστιν ἡ 'πίνοια τῆσδε τῆς ἐγκεντρίδος;

ceteri codices habent ἥτις ἡμῶν ἐστιν ἡ 'πίνοια τῆς ἐγκεντρίδος, quod retinuerunt Dindorf, Hirschig, Meineke, Starkie [3]). Aegre tamen hic caretur pronomine demonstrativo; perquam igitur est probabilis Bentlei coniectura rescribentis: ἥτις ἐστὶν ἡ 'πίνοια τῆσδε τῆς ἐγκεντρίδος, quod receperunt Richter, v. Leeuwen,

---

1) μόνην habet R secundum unum Herwerdenum.

2) Similis quæstio se offert *Plut.* 185: κρατοῦσι γοῦν κἂν τοῖς πολέμοις ἑκάστοτε | ἐφ' οἷς ἂν οὗτος ἐπικαθέζηται μόνον — hæc habet R; V cum ceteris præbet μόνος, quod omnino reiciendum; probabilis autem est Velsenii et Blaydesii coniectura μόνοι proponentium.

Apud Thucyd. VIII 73 § 4: δι' ἣν μόνον ἡ ἀρχὴ εἰς τοῦτο ξυνέμεινε non dubito quin μόνον iure in μόνην mutarit Stahlius.

3) Probante Wilamowitzio ad Herc. 170 (Ed. II, Tom. II, p. 47).

Blaydes, Graves. — Bergkius, Florentem Christianum secutus, edidit ἥτις ἡμῶν ἡ 'πίνοια τῆσδε τῆς ἐγκεντρίδος, — in qua lectione quamquam eiectum verbum ἐστίν minime offensioni est [1]), vix tamen iunctura pronominum ἡμῶν et τῆσδε defendi posse videtur.

Quae **Nubb.** 148 vera sit lectio facilius statuere possumus, si reputamus **Equitt.** 1195 post ὀλίγον μοι μέλει in codice Θ manum secundam adscripsisse ταῦτα, idemque in Γ additum esse [2]).

Altius autem hæc corruptela penetravit in Nubium locum, ibi enim πῶς δῆτα τοῦτο διεμέτρησε metro invito habent R et Borgianus codex; hinc orta videtur lectio quæ, in V et multis aliis tradita, Dindorfio et Leeuwenio placuit: πῶς δῆτα τοῦτ' ἐμέτρησε. Vix tamen dubito quin lectionem πῶς δῆτα διεμέτρησε ex deterioribus codicibus multis iure receperint Hermann, Teuffel, Coen, Kähler, Blaydes; neque iure Bergkius ex aliis libris edidit πῶς τοῦτο διεμέτρησε; neque probabilius πῶς τοῦτο δὴ 'μέτρησε Cobet, Meineke, Kock.

Non nimis autem mihi urguendum videtur quod contra me affert argumentum v. cl. H. J. Polak, quem puer in Gymnasio Roterodamensi præceptorem nactus doctissimum, nunc iuvenis certaminis Groningani iudicem expertus sum et æquissimum et benevolentissimum. Qui me monet verbum διαμετρεῖν neque apud Aristophanem, neque in fragmentis comicorum obvium esse. Quod minime mirum. Termini enim, ut hodie dicimus, technici loco hoc verbum adhibetur, neque multi, ni fallor, indicari poterunt versus, ubi aptum haberet locum. Medium obvium est e. g. Xen. Anab. VII I § 40; neque Atheniensibus in iudiciis versatissimis ignotum erat hoc verbum; cf. quæ de διαμεμετρημένῃ ἡμέρᾳ tradit Harpocration i. h. v.

1) Vide quæ de hoc genere glossematum observabo in capite sequenti.

2) Sic *Nubb.* 641 in V (sec. Cobetum, Ferraium, Velsenium, Zacherum) legitur: ἀλλ' ὅτι τοῦτο κάλλιστον μέτρον pro ἀλλ' ὅτι κάλλιστον μέτρον.

CAPUT QUINTUM.

De aliis voculis insertis.

Etiam articulus interdum insertus est postmodo; sed multo brevius hac de corruptela disputare licebit, quoniam pauci tantum sunt loci, ubi dubitari possit, sitne spurius necne.

Sic qui in editionibus Bergkii, Meinekii, Richteri inspicit **Vesp. 967**, is hunc invenit versum:

ὦ δαιμόνι' ἐλέει τοὺς ταλαιπορουμένους,

in quo vehementer offendit *ἐλέει* per synizesin pronuntiandum; iure autem apud Hirschigium, Dindorfium, Leeuwenium, Blaydesium, Gravesium, sicut in codice B et in editione Aldina omissus est articulus *τούς*; præter necessitatem Starkie edidit: *ὦ δαιμόνι', αἰδοῦ τοὺς ταλαιπωρουμένους.*

Idem codex eademque editio verum servarunt **Equitt.** 1373:

οὐδ' ἀγοράσει γ' [1]) *ἀγένειος οὐδεὶς ἐν ἀγορᾷ,*

---

[1]) In codicibus hic inter tres particulas *γε*, *δέ*, *τε* pugna est; quarum tamen una facile vincitur; locum euim hic esse *τῷ δ'* (quod habent ΘΔ Med. 5), nemo

in ceteris metro invito legitur *ἐν τἀγορᾷ*, unde iniuria *οὐδ' ἐν τἀγορᾷ* Hermann, Bergk, Meineke, *ἐν τἀγορᾷ τ' ἀγένειος οὐδεὶς ἀγοράσει* Kock; sic ubi certus quidam significatur in urbe locus, Græce dicitur *ἐν πόλει*, non *ἐν τῇ πόλει*.

Eodem modo Ran. 302 in nonnullis deterioris ordinis codicibus pro *πάντ' ἀγαθά* legitur *πάντα τἀγαθά* metro sententiaque invitis, nam formularis est locutio illud *πάντ' ἀγαθά*. Idem tamen vitium redit Plut. 593 et 1121 in V et multis aliis, Plut. 1190 in Bodl. 7; eademque de causa Pac. 1334 omnino reicienda est Blaydesii coniectura pro *τἀγαθὰ νῦν ἔχεις* proponentis *τἀγαθὰ πάντ' ἔχεις* [1]).

In **Nubium versu 622** *ἢ τὸν Σαρπήδονα* pro *ἢ Σαρπήδονα* metro invito habent codices præter VΔ (etiam Ravennatem hoc vitio

---

contendet. Neque *τ'* (quod est in R, qui præterea habet *ἐν τ' ἀγορᾷ οὐδεῖς*) ferri potest. Haud inepte itaque exclames: „quin igitur quantocius reponis *γ'*; hoc enim optime explicare possumus, recordantes *οὐδέ* esse *οὐ — δέ*, et nihil hic aptius esse quam *δέ . . γε* post versus 1369 sqq.:

ἔπειθ' ὁπλίτης ἐντεθεὶς ἐν καταλόγῳ
οὐδεὶς κατὰ σπουδὰς μετεγγραφήσεται,
ἀλλ' ὥσπερ ἦν τὸ πρῶτον ἐγγεγράψεται.

Aliter tamen Lentingius et Blaydesius, qui *τ'* in *'τ'* (*ἔτι*) mutantes voculam addiderunt quæ minime necessaria, deleverunt quæ aptissima.

1) Cff. de hac locutione Acharn. 982, Avv. 587, 1706, Ran. 302, Plut. 593, 1121 (ibique Hemsterhuis), 1190, Lysistr. 1045, Pherecrat fr. 108², Theop. fr. 38 (K.), Xen. de Re Equestri I § 2, Herod. I: 126. Eodem modo Dobræus (Adv. Crit. Ed. Scholefield I p. 476) articulum delevit apud Demosth. XXIII, § 194, simul monens aliam esse rem in Antiphanis (immo Diphili) fragmento apud Athenæum IX p. 370 F (Diph. fr. 14 K): *ἥκει φερόμεν' αὐτόματα πάντα τἀγαθὰ | ῥάφανος, λιπαρὰ σπλαγχνίδια πολλὰ κτέ*; ibi enim *πάντα τὰ ἀγαθά* significat omnes illos bonos cibos potius quam quidquid boni exstat (cf. v. Herwerden ad Pac. 436 et supra p. 32 sq.).

Comparanda quoque sunt illa *ἔζων ἐν πᾶσι λαγῴοις* (Vesp. 709) et *ὥσπερ μ' ἐτρεφέτην ἐν πᾶσι βολίτοις* (Acharn. 1026), et *ἐν πᾶσιν ἀφθόνοις* (Xen. Anab. IV 5, 29). — Vide etiam Bentley ad Callimach. Epigr. LIV.

Apud *Lysiam* XII: 33 legendum mihi videtur: *ὥστ' ἐπὶ τούτοις ἐστὶ πάντα[τὰ] κακὰ εἰργασμένοις τὴν πόλιν, πάντ' ἀγαθὰ* (pro *πάντα τἀγαθὰ*) *περὶ αὑτῶν λέγειν* — et apud *Andoc. de Myst.* § 5: *ἄλλοθί τε γὰρ ὢν πάντ' ἀγαθὰ* (pro *πάντα τἀγαθὰ*) *ἔχων στερόμενος τῆς πατρίδος οὐκ ἂν δεξαίμην.*

laborare dicit Blaydes, simul tamen totum versum in hoc codice omitti affirmans). Non recte autem Hermannus in eiusdem fabulæ vs. 1333 *καὶ πῶς γένοιτ' ἂν πατέρα τύπτειν ἐν δίκῃ;* legendum esse coniecit *καὶ πῶς γενοίτ' ἂν τὸν πατέρα τύπτειν δίκη*, eo fretus quod articulus additus est in codicibus ZΦ Bodl. 4.

Similiter **Nubium versus 855** in Ravennate et multis aliis male sic legitur:

ἀλλ' ὅ τι μάθοιμ' ἑκάστοτε
ἐπελανθανόμην ἂν εὐθὺς ὑπὸ πλήθους τῶν ἐτῶν,

sed peius etiam in V multisque aliis omisso *ἂν* metro subventum est.

„Nullamne accipiam extorum partem?" inquit Hierocles (Pac. 1111): *οὐδεὶς προσδώσει μοι τῶν σπλάγχνων;* — si codices sequi metrum heroicum sineret (nisi quod interpolatus liber B habet *δώσει*); sed aut *μοι* ant *τῶν* delendum est. Utravis satis levis est emendatio; sed pronomen, non articulum deletum hac de causa cum Blaydesio malim, quod certa quædam indicantur exta, eaque quæ in ipsa scena adsunt; præterea multo *σεμνότερον* sic loquitur vates.

Altera autem Blaydesii coniectura legendum esse *οὐ προσδώσεις μοι τῶν σπλάγχνων* mihi minus quam Herwerdeno „abblanditur", et propter corruptelæ originem sic minus apertam et propter *ἡμῖν* in versu sequenti.

Probabile mihi est iure Meinekium, Leeuwenium, Blaydesium, Gravesium, Starkium in **Vesp. 596** recepisse lectionem codicis Veneti *δὲ Κλέων* pro *δ' ὁ Κλέων*; neque Hermannus ullo iure **Nubb. 202** *τοῦτ' οὖν τί ἐστι χρήσιμον* usus est vitiosa codicis V lectione *τὸ χρήσιμον* ad coniciendum *τοῦ δ' οὖν τί ἐστι τὸ χρήσιμον* (*τούτου τί ἐστι τὸ χρήσιμον* Dindorf olim);

neque melius Bergk **Plut. 402** pro *ὥσπερ πρότερον* rescripsit *ὡς τὸ πρότερον*, hac de causa quod deteriores multi habent *ὥσπερ τὸ πρότερον*.

Dubito autem de **Vesp. 723 sq.**:

> *καὶ νῦν ἀτέχνως ἐθέλω παρέχειν*
> *ὅ τι βούλει σοι.*
> *πλὴν κωλακρέτου γάλα πίνειν,*

ibi enim in V R post *πλήν* sequitur *τοῦ*, quod omisso *σοι* probat Meineke (Annot. crit. p. LXVIII), recte fortasse. Contra **Nubb. 107**:

> *τούτων γενοῦ μοι σχασάμενος τὴν ἱππικήν,*

sine iusta causa Dobræus (probante Meinekio Ann. crit. p. LXII) coniecit legendum esse:

> *τούτων γενοῦ σύ μοι σχασάμενος ἱππικήν,*

quoniam codex Harl. 3 omittat *τήν*. Quod si in codicibus traditum esset, haud inepte annotaret aliquis: „glossatorem sapit *σύ*" — nam quod alibi apud Aristophanem *ἱππική* nonnisi sine articulo invenitur, id mihi vix ullius videtur esse momenti [1]).

Qui vel mediocriter in Aristophane versatus est non nescit comicum sæpe in media sententia ponere solere secundam personam *ὁρᾷς*, nulla addita copula [2]). Quod nesciens librarius, qui codicem V vel eius archetypum scripsit, **Pac. 224**:

---

1) Alia articuli inserti exempla inveniuntur in editionibus criticis *Equitt.* 132, 411, 1177; *Nubb.* 240, 256, 375, 1353, 1455, 1465; *Vesp.* 298, 408, 1236, 1474; *Pac.* 566, 648; *Avv.* 93, 118, 146, 293, 486,; *Plut.* 306, 387, 768, 939.

2) Quam locutionem magna exemplorum copia illustrarunt Kock et Kähler ad Nubb. 355, van Leeuwen ad Rann. 1234.

Maiore tamen huius interiectionis amore abreptus est Kockius *Avv.* 1566 *τὸ*

κἄπειθ' ὁρᾷς

ὅσους ἄνωθεν ἐπεφόρησε τῶν λίθων,

metro invito posuit *ὡς ὁρᾷς*. Similiter *ὡς* turbas dedit **Nubb. 458 sqq.:**

ἴσθι δ' ὡς

ταῦτα μαθὼν παρ' ἐμοῦ κλέος οὐρανόμηκες

ἐν βροτοῖσιν ἕξεις.

Apud Suidam i. v. *οὐρανόμηκες* pro *ἕξεις* legitur *ἕξων*, unde Bentleius effecerat legendum esse *ἴσθι δέ ... ἕξων*, probabiliter Leeuwenio iudice; secundum Cobetum autem V habet $\overset{\text{ων m. pr.}}{\text{ἕξεις}}$ ita ut nunc ne dubitem quidem quin verum viderit Bentleius.

Non aliter emendandum censeo **Plut. 1131:**

ὀδύνη σε περὶ[1] *τὰ σπλάγχν' ἔοικέ τις*[2] *στρέφειν*

Quoniam enim in V legitur *ὡς ἔοικε*, haud improbabile est olim lectum fuisse *ἔοικε ... στρέφει*, quod multo exquisitius [3]).

Frequentius formæ verbi *εἶναι* postea additæ sunt. Exempli gratia in **Nubium versu 423** *νομιεῖς ἤδη θεὸν οὐδένα πλὴν ἅπερ ἡμεῖς*, *εἶναι* pro *ἤδη* habent VTF Mut. 2, Bodl. 7. Ibid. vs. 1074

μὲν πόλισμα τῆς Νεφελοκοκκυγίας | ὁρᾶν τοδὶ πάρεστιν, ubi probabilem censet lectionem Veneti *ὁρᾷς* pro *ὁρᾶν* (*ὁρᾶιν* tamen hic codex habet sec. Cobetum); atqui sic cetera vertenda essent: „hic adest arx Nephelococcygiæ," quod neque Græce neque Latine dici posse videtur pro „hic sita est". Præterea optime se habet vulgata.

1) Sic recte V; *πρὸς* ceteri.

2) *τι στρέφειν* R V; *ἔοικ' ἔτι στρέφειν* habet margo unius codicis Parisini; idem coniecerat Hemsterhuis, probantibus Meinekio, Kappeynio, Velsenio, recte ut videtur. Vulgatam quam citavi retinent Dindorf, Bergk, Blaydes, vereor ut recte; quid enim est: „dolor quidam," vel „dolor nescio quis"? Alii codices habent *ἐπιστρέφειν*, quod omnino reiciendum.

3) Etiam *Nubb.* 442 codex X pro *ἀσκὸν δείρειν* habet *ὡς ἀσκὸν δείρειν*; *Equitt.* 421 primus Bentleius pro *ὡς σοφῶς* rescripsit nudum *σοφῶς*; idem *Avv.* 287 delevit particulam quæ in omnibus qui collati sunt codices additur ante *ἕτερος*.

καίτοι τί σοι ζῆν ἄξιον, τούτων ἐὰν στερηθῇς post *ζῆν* in Par. 3, Leid. 5, Bodl. 7 additum est *ἐστιν*. In eiusdem fabulæ vs. 1374

κᾆτ' ἐντεῦθεν, οἷον εἰκός,
ἔπος πρὸς ἔπος ἠρειδόμεσθ',

in Par. 3 et Leid. 5 post *εἰκός* sequitur *ἦν*.

Duo simul vitia inquinaverunt in nonnullis codicibus **Avium versum 291**, qui sic rectissime e codicibus B et Δ editur:

ἀλλὰ μέντοι τίς ποθ' ἡ λόφωσις ἡ τῶν ὀρνέων;

hic enim pro *ἡ τῶν ὀρνέων* codex A et editio Aldina habent *ἡ 'πι τ. ὀ.*, in R autem est *ἐστ' ἡπὶ*, in V *ἐσθ' ἡ 'πὶ*.

Quæ observatio valet e. g. ad **Nubb. 371**:

καίτοι χρῆν αἰθρίας ὕειν αὐτόν, ταύτας δ' ἀποδημεῖν,

ubi post *αἰθρίας* V cum multis aliis et Suida i. v. *ἀποδημεῖν* habet *οὔσης*; quod omittitur in R et plerisque ceteris; magis igitur est verisimile *οὔσης*, non *αὐτόν*, ut censet Blaydes, ex interpretatione ortum esse [1]).

Optime decurrit **Vesp. 186**, sicut hodie editur:

Οὖτις μὰ τὸν Δί' οὔ τι χαιρήσων γε σύ,

ante Bekkerum autem vulgata erat lectio *γ' ἔσει* pro *γε σύ*; quæ, tradita in B et Δ (*γ' ἔσῃ*) et ab Hirschigio retenta, quomodo orta sit ostendit lectio codicum V et C *γε σὺ ἔσει* (vel *ἔσῃ*).

Participii præsentis nominativum masculini generis alieno loco insertum habes **Vesp. 1192**, ubi *ἤδη γέρων ὢν πολιὸς ὢν* habet V pro *ἤδη γέρων ὢν καὶ πολιός*; qua lectione parum recte Bergkius usus est ad coniciendum (Præf. p. XXIV) *ἤδη*

1) Eodem modo *οὖσι* in V additum est Plut. 516.

γέρων καὶ πολιὸς ὤν; quem iure hac de causa reprehendit v. Bamberg (de Codd. R et V p. 36), quod Aristophani in deliciis fuisse videtur *παρήχησις* illa *γέρων ὤν* (cf. Equitt. 533, Eccl. 323) [1]).

Fusius disputandum erit de Pac. 872. Qui versus sic traditus est in codice B:

> *ἴθι νῦν ἀποδῶμεν τήνδε τὴν θεωρίαν*
> *ἀνύσαντε τῇ βουλῇ τίς ἐσθ' αὕτη; τί φῄς;*

unde dele *ἐσθ'* et, pro *αὕτη* rescripto *αὑτηί*, habes veram lectionem a Dobræo restitutam:

> *ἴθι νῦν ἀποδῶμεν τήνδε τὴν θεωρίαν*
> *ἀνύσαντε τῇ βουλῇ.* OIK. *τίς αὑτηί; τί φῄς;*

In Ravennate legitur *ἀνύσαντε τῇ βουλῇ ταυτηί.* ΘΕΡ. *τί φῄς,* in qua lectione *ταυτηί* ortum videtur e *ταὑτηί* (*τίς αὑτηί*). Hic metrum addito *τι* post *βουλῇ* restituit Dindorf, *τι* cum *ἀνύσαντε* coniungendum censens; quem secuti sunt Bergk et Paley. Recte tamen v. Herwerden annotat: „non fero voculæ *τι*, ad *ἀνύσαντε* pertinentis, hyperbaton." — Venetus habet:

> *ἀνύσαντες* (sic) *τῇ βουλῇ τι ταυτηνί.* OIK. *τί φῄς,*

idque *ἀνύσαντες* in *ἀνύσαντε* mutato recepit Bekker; sed sic quoque loco non apto positum est *τι*; præterea vehementer

1) Eadem causa me movet ut arbitrer verum vidisse Blaydesium *Plut.* 258 *οὔκουν ὁρᾷς ὁρμωμένους ἡμᾶς πάλαι προθύμως | ὡς εἰκός ἐστιν ἀσθενεῖς γέροντας ἄνδρας ἤδη*, ubi scribit *ὡς εἰκὸς ἄνδρας ἀσθενεῖς γέροντας ὄντας ἤδη*, quoniam *ἐστι* in R omissum est; quam tamen causam ne nimis gravem censeamus monet omissionum in Ravennate frequentia. Meinekius scripserat *ὡς εἰκός ἐστιν ἀσθενεῖς γέροντας ὄντας ἤδη*; von Bamberg l. l. *ὡς εἰκὸς ὄντας ἀσθενεῖς γέροντας ἄνδρας ἤδη*.

Aliter se habet *Equitt.* 873: *κρίνω σ' ὅσων ἐγᾦδα περὶ τὸν δῆμον ἄνδρ' ἄριστον*, ubi pro *ἄνδρα*, quod post *ὅσων* (sic Bentley, codd. *ὅσον* vel *ὅσον γ'* vel *ὅλον*) nullo modo omitti potest, *ὄντ'* habent omnes codices præter Ravennatem.

me offendit *ταυτηνί* ad eandem Theoriam pertinens, de qua *τήνδε* usurpatum est in versu præcedenti; quod sensisse videntur Meineke et Richter, qui, ceteroquin Bekkerum secuti, pronomen servo tribuunt. — Speciem habet quod van Herwerden edidit:

ἴθι νῦν ἀποδῶμεν τήνδε τὴν θεωρίαν
ἀνύσαντε τῇ βουλῇ. OIK. *τί; ταυτηνί; τί φῄς;*

Ad verum inveniendum hæc corruptela viam munire videtur **Plut. 911**, ubi viro iusto roganti:

πῶς οὖν ἂν εἴης χρηστός, ὦ τοιχωρύχε,
εἴ σοι προσῆκον μηδὲν εἶτ' ἀπεχθάνει;

sycophanta respondet:

οὐ γὰρ προσήκει τὴν ἐμαυτοῦ μοι πόλιν
εὐεργετεῖν, ὦ κέπφε, καθ' ὅσον ἂν σθένω;

Pro *προσήκει* V habet *ἐστί μοι*, quod mihi quidem ortum esse videtur ex *προσῆκόν ἐστί μοι*, in quibus *προσῆκον* antiqua erat lectio (quæ egregie convenit cum *προσῆκον* in versu præcedenti), *ἐστί μοι* glossema.

Restant duo Pluti versus hi:

Plut. 335. In optimis codicibus hæc leguntur:

τί ἂν οὖν τὸ πρᾶγμ' εἴη καὶ πόθεν καὶ τίνι τρόπῳ
Χρεμύλος πεπλούτηκ' ἐξαπίνης;

In priore versu abundare aliquid metrum ostendit, et re vera in aliis libris *καί* omittitur. Maiorem tamen veri speciem habet *εἴη* additum esse ab homine cui parum constaret de elliptico illo particulæ *ἄν* usu; egregie igitur placet lectio quæ in Velseniana editione sub Meinekii nomine circumfertur: [1])

---

[1]) Ipse Meinekius edidit:

τί τὸ πρᾶγμ' ἂν εἴη καὶ πόθεν; καὶ τίνι τρόπῳ κτέ.

τί ἂν οὖν τὸ πρᾶγμα καὶ πόθεν; καὶ τίνι τρόπῳ
Χρεμύλος πεπλούτηκ' ἐξαπίνης;

Plut. 878:

πολλοῦ γ' ἄξιος
ἅπασι τοῖς Ἕλλησιν ὁ θεὸς οὗτος, εἰ
τοὺς συκοφάντας ἐξολεῖ κακοὺς κακῶς.

V cum nonnullis aliis habet *ὁ θεὸς ἔσθ' ὅτι*, R cum plerisque *ὁ θεὸς ἔσθ' οὑτοσί.* Turbas dedit insertum *ἔσθ'*, quod temere pro *οὗτος* recepit von Velsen.

Duos tamen novi locos, ubi melius hæc observatio negligitur. Nam **Ran. 686** Velsenius nimium auctoritatis tribuit scriptori vitæ Aristophanis, qui hunc versum sic citat (p. XLV apud Bergkium):

τὸν ἱερὸν χορὸν δίκαιον πολλὰ χρηστὰ τῇ πόλει
συμπαραινεῖν,

in codicibus vero pro *πολλά* legitur *ἐστί*, et recte quidem legitur. Primum enim dicendum potius erat *πολλὰ καὶ χρηστά*; deinde et sententia *πολλά* respuit; nam dicit chorus: „iustum est chorum ea suadere quæ rei publicæ saluti futura sint", non „multas res quæ rei publicæ saluti futuræ sint."

Neque magis mihi persuasit Fritzsche, **Plut. 550** hoc rescribens:

ὑμεῖς γ' οἵπερ καὶ Θρασυβούλῳ φάθ' ὅμοιον τὸν Διόνυσον

pro vulgata:

ὑμεῖς γ' οἵπερ καὶ Θρασυβούλῳ Διονύσιον εἶναι ὅμοιον,

quoniam codices [1]) pro *εἶναι* habent *φάτ' εἶναι*; quod ex præcedenti versu:

οὔκουν δήπου τῆς πτωχείας πενίαν φαμὲν εἶναι ἀδελφήν

ortum esse apparet.

---

1) Præter U? Nihil de hoc codice annotant neque von Velsen neque Blaydes.

Nonnullis denique locis metro invito addita est particula *γάρ* [1]). Sic **Pac 610**:

> *εἶτα Περικλέης φοβηθεὶς μὴ μετάσχοι* [2]) *τῆς τύχης,*
> *τὰς φύσεις ὑμῶν δεδοικὼς καὶ τὸν αὐτοδὰξ τρόπον,*
> *πρὶν παθεῖν τι δεινὸν αὐτὸς ἐξέφλεξε τὴν πόλιν.*
> *ἐμβαλὼν σπινθῆρα μικρὸν Μεγαρικοῦ ψηφίσματος,*
> *ἐξεφύσησεν τοσοῦτον πόλεμον ὥστε τῷ καπνῷ*
> *πάντας Ἕλληνας δακρῦσαι, τούς τ' ἐκεῖ τούς τ' ἐνθάδε*

in B est *ἐξεφύσησε γὰρ*, metro invito [3]).

Quæ observatio ansam præbet disputandi de **Equitt. 85** sqq. „Optimum nobis erit," ibi Nicias dicit, „sanguinem taurinum bibendo mortem oppetere"; tunc Demosthenes:

> *μὰ Δί' ἀλλ' ἄκρατον οἶνον ἀγαθοῦ δαίμονος·*
> *ἴσως γὰρ ἂν χρηστόν τι βουλευσαίμεθα.*

Respondet alter:

> *ἰδού γ' ἄκρατον. περὶ πότου γοῦν ἐστί σοι.*

Horum versuum verum ordinem (85—87—86) si restituit Meineke (Vind. Ar. p. 51), dubitari non potest quin reicienda sit particula *γάρ*, quam pro *γοῦν* (vel *γ' οὖν* ut edunt Kock et Zacher) præbent V² et alii nonnulli codices, „interpolatione manifesta" (Meineke). Blaydesius tamen recepto *γάρ* retinuit veterem versuum ordinem; at versu 87 post vs. 85

---

1) Quæ e.g. etiam Soph. O. C. 1776 *οὐ γὰρ δεῖ μ' ἀποκάμνειν* metro iubente ab Hermanno deleta est.

2) *μετάσχῃ* codices præter RV, quod iniuria retinet Richter; *φοβηθείς* enim est *ὅτι ἐφοβήθη*, sequi igitur debet optativus.

3) Quod ad sententiam minime ineptum est *γάρ*, nec tamen necessarium. Ceterum num recipiendum sit quod proposuit Bentleius *κἀξεφύσησεν* dubito; fieri enim potest ut verum viderit Bergkius, qui ne una quidem littera mutata, plene interpungendum censuit post *πόλιν* in vs. 608.

Alia particulæ *γάρ* insertæ exempla inveniuntur Nubb. 294, 1158; Vesp. 244; Plut. 350.

collocato multo melius, ut videtur, in altero ex priore repetitur adiectivum ἄκρατον.

Eadem ratione tracto **Ran. 759**, ubi in Veneto legitur:

ΞΑΝ. ἆ. ΟΙΚ. πρᾶγμα, πρᾶγμα κεκίνηται μέγα,

quin perverse dubitare vetat metrum. Sed magis etiam mihi displicet aliorum codicum lectio

ἆ. — πρᾶγμα πρᾶγμα γὰρ κεκίνηται μέγα,

quam iniuria revocasse mihi videtur van Leeuwen. Alii codices habent:

ἆ. — πρᾶγμα πρᾶγμα σφόδρα κεκίνηται μέγα,

vel πάνυ κεκ. μέγα; quæ vocabula metri causa addita esse apparet. Quin verum servaverit Ravennas, qui habet:

ἆ. — πρᾶγμα, πρᾶγμα μέγα κεκίνηται μέγα,

haud ambigo; quæ vide quam egregie explicet v. d. Van de Sande Bakhuijzen (de Parod. p. 148): „Aeacus (?) simulac de Euripide sermo fit, spiritu Euripideo quasi inflatus eius dicendi genus imitatur." Notissimum enim est verborum tales repetitiones Euripidi in deliciis fuisse (cf. van Leeuwen ad Ran. 1336).

Nec tamen mihi, ut Leeuwenio, **Nubb. 679** restituenda videtur lectio omnium codicum præter RV [1]) A, quæ vulgata fuit ante Hermannum:

ΣΤΡ. τὴν καρδόπην θήλειαν; ΣΩ. ὀρθότερον λέγεις,

pro ὀρθῶς γὰρ λέγεις; vix enim sic omitti posse videtur particula qualis est ἤδη; ὀρθῶς γάρ contra satis defenditur locis a Blaydesio allatis; quamquam mihi quoque, sicut Leeuwenio, melius placeret ὀρθῶς νῦν λέγεις.

---

1) In hoc tamen codice verba θήλειαν — λέγεις secundum Cobetum omissa sunt. Ceterum in codicibus totus versus iniuria Strepsiadi tribuitur; Reisigium autem et Bergkium, qui etiam θήλειαν Socrati dederunt, erroris arguit locus ubi posita est particula γάρ.

CAPUT SEXTUM.

De vocabulis usitatioribus pro rarioribus substitutis.

„In nova fert animus mutatas dicere formas."

De ultimo genere glossematum mihi nunc agendum restat; quod ea continet additamenta quæ sola *γλωσσήματα* optimo iure dici possunt. Hoc enim nomine olim significari solita fuisse vocabula, ideo textui superscripta vel adscripta, ut verba scriptoris paulo inusitatiora explicarent, notissima est res. Quid autem facilius accidere poterat quam ut haec interpretamenta in ipsum contextum se insinuarent, vel etiam vocabulum, cuius causa addita erant, inde expellerent?

Quomodo vitiosæ huiusmodi lectiones ortæ sint, nonnullis exemplis allatis ostendere mihi liceat. Sic **Ran. 112 sqq.** in V legitur:

τούτους φράσον μοι, λιμένας, ἀρτοπώλια,
πορνεῖ', ἀναπαύλας, ἐκτροπάς, κρήνας, ὁδούς,
καπηλίδας, πόλεις, διαίτας, πανδοκευτρίας, ὅπου κτἑ,

in quibus *καπηλίδας* nemo, opinor, defendere conabitur; est enim interpretamentum vocabuli *πανδοκευτρίας* [1]).

1) Quod iniuria a nonnullis sollicitari puto; nam pro eo quod exspectatur *πανδοκεῖα* aptissime Bacchus — qui *ἥττων τῶν γυναικῶν*! — substituit mulier-

Aptum quoque exemplum **Equitum versus 117** præbere potest, ubi Demosthenes Niciam, qui Paphlagoni modo oraculum surripuit, alloquitur verbis: *ὦ σοφώτατε;* — In scholiis hic legitur *καὶ τοὺς κλέπτας σοφοὺς ἔλεγον* (cf. Suid. *σοφώτατε*] *ἀντὶ τοῦ ὦ κλεπτίστατε. καὶ τοὺς κλέπτας γὰρ σοφοὺς ἔλεγον*) — hinc in codice M legitur: *ὦ σοφώτατε κλέπτα.*

Latius iam serpsit malum **Equitt. 433**, ubi locutio vere Attica *κλάειν σε μακρὰ κελεύσας* in R cessit vulgatiori *κλάειν σε πολλὰ κελεύσας*; vel **Equitt. 1304**, ubi pro *μοχθηρόν* metro invito legitur *πονηρόν* in omnibus codicibus præter VX Ald. Prorsus eodem modo **Equitt. 902**:

οἴοισί μ', ὦ πανοῦργε, βωμολοχεύμασιν ταράττεις,

in quo versu nihil aptius quam *πανοῦργε*, „dolose", in V tamen et plerisque aliis codicibus extat *πόνηρε.* Nec minus aptum exemplum est **Nubb. 979**, ubi *κερασάμενος* pro *φυρασάμενος* habet V, vel **Plut. 514**, ubi pro *σκυλοδεψεῖν*, quod restituit Bentleius, in Veneto et multis aliis legitur *βυρσοδεψεῖν*, in Ravennate et plerisque aliis *σκυτοδεψεῖν*, metro invito, ut vel ipsum versus initium (*σκυτοτομεῖν*) docere potest [1]), vel **Nubb. 324**, qui versus nunc ex Elmslei coniectura sic editur:

ἤδη γὰρ ὁρῶ κατιούσας
ἡσυχῇ αὐτάς,

in RV autem et plerisque aliis traditum est *ἡσύχως*, cuius lectionis originem aperit glossa *ἡσύχως* in Brunckii codice [2]).

---

culas quæ præsunt deversoriis, quas diligentius profecto quam ipsam domum adspecturus est! Minime facio cum Meinekio contendenti (Vind. Arist. p. 163) „coniungenda esse *διαίτας πανδοκευτρίας*, ut *πανδοκεύτριαι* adiectivi potestatem habeat."

1) Eadem ratione Bentleius emendavit *Avv.* 490, ubi *σκυτοδεψοί* habent VR, *σκυτόδεψοι* Γ, *σκυτοδέψαι* B.

2) Olim edebatur id quod habent deteriores codices multi *ἥσυχα ταύτας*, in qua lectione *ταύτας* e coniectura rescriptum est, postquam *ἡσύχῃ* in *ἡσύχα* abiit. Similiter *Vesp.* 190 *εἰ μή μ' ἐάσεθ' ἥσυχον μαχούμεθα* Bergkium et Meinekium non recte recepisse censeo lectionem Ravennatis et Veneti *ἡσύχως* pro *ἥσυχον*.

codicis Brunckii: πάνυ μέγα); vera autem lectio vix dubito quin ea sit quam dederunt Bergk, Dindorf, van Leeuwen: νυν φροντίζετε.

Nubb. 268:

τὸ δὲ μηδὲ κυνῆν[1]) οἴκοθεν ἐλθεῖν ἐμὲ τὸν κακοδαίμον' ἔχοντα,

pro κακοδαίμον' V et nonnulli alii habent glossema δύστηνον, quod iniuria recepisse videtur Hermannus.

Nubb. 975:

εἶτ' αὖ πάλιν αὖθις ἀνισταμένους συμψῆσαι —

sic olim vulgo; melius tamen, nisi fallor, pro ἀνισταμένους ex VR ἀνιστάμενον edunt editores post Hermannum præter van Leeuwen; recte enim Hermann: „ἀνισταμένους ex interpretatione est natum, quum in numero singulari hærerent interpretes."

Nubb. 994. Iniuria Blaydesius revocavit lectionem servatam in V et tribus aliis κακοεργεῖν; quæ forma vix ferri potest apud poetam Atticum, nam nihil hic valent loci Theocriteus et Herodoteus a Blaydesio allati. Optime R, Cant. 1, Par. 8, 20 et V (sec. Cobetum et Velsenium) habent σκαιουργεῖν; in ceteris metro invito est κακουργεῖν, quod aut e describentis errore (ut putat van Leeuwen), aut ex interpretatione ortum est; hoc mihi quidem veri videtur similius.

Nubb. 1011 sqq.:

ἕξεις ἀεὶ στῆθος λιπαρόν,
χροιὰν λαμπράν, ὤμους μεγάλους,
γλῶτταν βαιάν, πυγὴν μεγάλην,
πόσθην μικράν.
ἢν δ' ἅπερ οἱ νῦν ἐπιτηδεύῃς,
πρῶτα μὲν ἕξεις χροιὰν ὠχράν,
ὤμους μικρούς, κτἑ.

---

vs. 215 Venetus habet πάλιν putarunt Sauppe, Meineke, Kähler, Kock; an Spartam olim longius remotam fuisse ab urbe Atheniensium Strepsiades credere potuit?

1) De his vocabulis cf. van Leeuwen.

Pro λαμπράν in vs. 1012 ex RV et aliis nonnullis editores post Hermannum exceptis Blaydesio et Leeuwenio receperunt λευκὴν [1]), vulgatam e glossemate ortam rati. Recte tamen Blaydes: „validi ac sani corporis certius indicium est λαμπρότης quam λευκότης (i. e. paleness).... Λευκοὶ dicebantur homines albi coloris et delicatuli." — Accedit quod parum apte inter se opponuntur χροιὰ λευκὴ et χροιὰ ὠχρὰ in vs. 1016, ubi λευκὴν legendum esse coniecit Fritzsche; qui mihi viam munivit ad opinionem de hac quaestione concipiendam: nempe λευκὴν ortum esse suspicor e glossemate ad ipsum illud ὠχρὰν adscripto.

Nubb. 1073. „Qualibus bonis privaberis", inquit Iniustus:

παίδων, γυναικῶν, κοττάβων, ὄψων, πότων, κιχλισμῶν.

Pro κιχλισμῶν R habet καχασμῶν, idque receperunt Hermann, Dindorf, Meineke, Kock, Teuffel, Coen, Kähler. Mihi tamen certum videtur hanc lectionem — nisi mero errore nata est — e glossemate ortam esse, cf. schol.: κιχλισμῶν δὲ ἀντὶ τῶν γελώτων ἀδιαφόρων. Clementem autem Alexandrinum, contendentem κιχλισμόν de mulieribus, καχασμόν de viris usurpari, ipse Aristophanes redarguere potest, qui Nubb. 983 verbum κιχλίζειν de pueris adhibet.

Nubb. 1198:

ὅπερ οἱ προτένθαι γὰρ δοκοῦσί μοι παθεῖν.

Hermanno, Dindorfio, Bergkio, Meinekio, Kockio, Blaydesio fraudem fecerunt codices R et V, qui pro παθεῖν habent ποιεῖν, „quod ex interpretatione natum videri" non solum „possit", ut dicit Hermann, sed etiam debet; quo modo inversa ratio probari possit non video; quis enim unquam ποιεῖν per παθεῖν interpretatus esset? [2])

---

[1]) Dubitat tamen Meineke Annot. Crit. p. LXIV.

[2]) Dubito de *Nubb.* 723, ubi pro οὗτος τί ποιεῖς codex Par. 2 habet οὗτος τί πάσχεις, „quod sane arridet: τί ποιεῖς glossæ similius est quam τί πάσ-

Nubb. 1397. Choregi ad Phidippidem sunt verba:

σὸν ἔργον, ὦ καινῶν ἐπῶν κινητὰ καὶ μοχλευτά —

Vox si non rarior, attamen paulo minus usitata apud posteriores ἐπῶν in Bodl. 1, Cant. 3, Harl. 1 sede sua mota est frequentiore λόγων; quam lectionem post Bentleium iniuria probarunt Teuffel, Coen, Kähler, dubitantibus Hermanno et Blaydesio. Ἔπη sunt hic non „versiculi", sed „vanus verborum tumor" (cf. v. Wilamowitz ad Eur. Hercul. 111 (Ed. II, tom. II, p. 32).

Nubb. 1458. Chorus Strepsiadi irato quod non prius imminentis periculi certior sit factus respondet:

ἡμεῖς ποιοῦμεν ταῦθ' ἑκάστοθ', ὅταν τινὰ
γνῶμεν πονηρῶν ὄντ' ἐραστὴν πραγμάτων.

In omnibus codicibus præter RV Med. 5 pro ἡμεῖς legitur ἀεί, idque receperunt Hermann, Blaydes, van Leeuwen; quibus fuit cum omnino assentirer, perductus iis quæ supra de pronominibus insertis disputavi; nunc tamen ἡμεῖς verum esse mihi persuaserunt loci a Blaydesio (in addendis) allati Nubb. 259, 607, 794, 1116 (de hoc vide tamen supra p. 45), et ἀεὶ olim inserviisse censeo interpretando ἑκάστοτε.

Vesp. 350:

ἔστιν ὀπὴ δῆθ', ἥντιν' ἂν ἔνδοθεν οἷός τ' εἴης διορύξαι;

Sic codices. Veri tamen est simillimum ad hunc locum respicere Hesychii glossam διαλέξαι] διορύξαι et iure Meinekium, Dindorfium, Blaydesium διαλέξαι in textum recepisse, coll. Lysistr. 720 διαλέγουσαν τὴν ὀπὴν — quamquam fieri

---

χεις," ut Ernestii verbis utar; utraque tamen locutio satis frequens est (locos Aristophaneos vide apud van Leeuwen in Append. ad Vesp. 1): præstat igitur fortasse plurimorum codicum auctoritati obtemperare.

potest, ut apud alium scriptorem hoc verbum invenerit Hesychius.

Vesp. 496.

ἢν δὲ γήτειον προσαιτῇ ταῖς ἀφύαις ἥδυσμά τι [1]) —

Hæc codices, metro suspecto; qua de causa τις ἀφύαις ἡδύσματα Brunck, in qua lectione vereor ut defendi possit pluralis ἡδύσματα. Multo profecto probabilior est coniectura in quam inciderunt van Leeuwen et Blaydes, veram esse lectionem ταῖς τριχίσιν, ita „ut glossema sit ἀφύαις" (Blaydes).

Vesp. 652:

ἀτάρ, ὦ πάτερ ἡμέτερε Κρονίδη —

temere Richter et Graves ex R ediderunt ἀλλ' pro ἀτάρ; contra

Avv. 69:

ἀλλὰ σὺ τί θηρίον ποτ' εἶ πρὸς τῶν θεῶν

iure pro ἀλλὰ ex Ravennate ἀτὰρ ediderunt editores recentiores.

Vesp. 675:

τούτοισι δὲ δωροφοροῦσι —

Apud posterioris aevi scriptores pro δωροφορεῖν usurpatur δωροδοκεῖν; cf. Cobet V. L[2]. p. 347 sq., N. L. p. 502. Hinc δωροδοκοῦσι habet R.

Pac. 603:

ὦ σοφώτατοι γεωργοί —

Sic omnes codices; apud Diodor. Sic. XII 40 pro σοφώτατοι citatur λιπερνῆτες; idem olim legebatur in Cratini Πυτίνῃ et in versu Archilocheo, quem imitati sunt Aristophanes et Cratinus. Quid tandem movere potuerit Aristophanem ut pro ὦ λιπερ-

---

1) τις recte Hirschig.

νῆτες [1]) scriberet ὦ σοφώτατοι equidem non intellego; contra haud absurdum videtur statuere pro rariore voce olim a librario usitatiorem substitutam esse, quam huic loco minime ineptam esse ostendunt exempla ab Herwerdeno allata. Nullam autem video causam ob quam memoriæ errore deceptum esse Diodorum statuamus cum Dindorfio, Blaydesio, Herwerdeno [2]); itaque omnino recte λιπερνῆτες recepisse mihi videntur Meineke et Paley.

Avv. 778:

κύματα δ' ἔσβεσε νήνεμος αἴθρη.

Quamquam credibile est Aristophanem non tam accurate quam cantores epicos (cf. Lehrs Aristarch.[2] p. 169 sq.) distinxisse vocem αἴθρην a voce αἰθήρ, hoc tamen nomine præstat lectio αἰθήρ, quæ (addito γρ. καὶ αἴθρη) servata est in codice Γ et recepta a Meinekio, Blaydesioque, quod in posteriore Græcitate αἴθρη sæpius adhibetur pro αἰθήρ (cf. Steph. Thesaur. i. v. αἴθρη); facile igitur intellegi potest quo modo lectio αἴθρη orta sit. Cf. præterea locus a Blaydesio allatus Thesm. 43: ἐχέτω δὲ πνοὰς νήνεμος αἰθήρ.

Avv. 1301:

ᾖδον δ' ὑπὸ φιλορνιθίας πάντες μέλη
ὅπου χελιδὼν ἦν τις ἐμπεποιημένη
ἢ πηνέλοψ ἢ χήν τις ἢ περιστέρα κτλ.

Pro ἐμπεποιημένη B et Γ habent ἐμπεπλεγμένη, quod verbum exquisitius iure Blaydesius defendit coll. Antiph. fr. 209: ποιοῦσιν ἐμπλέκοντες ἀλλότρια μέλη; Plut. Solon 3 καὶ τῶν πολιτικῶν πολλὰ συγκατέπλεκε τοῖς ποιήμασιν; Babr. fab. 119, 11:

---

1) An ὠλιπερνῆτες (i. e. ὦ ἀλιπερνῆτες)? Cf. van Wageningen in Sylloge commentationum v. cl. Conto oblatarum, p. 139 sq.

2) Quod vss. 607 sq. omittit Diodorus, id huic tribuo causæ, quod eos citare nihil eius intererat.

καὶ τοὺς θεοὺς Αἴσωπος ἐμπλέκει μύθοις; Aesch. Prom. 610: οὐκ ἐμπλέκων αἰνίγματα.

Avv. 1381. Pro λιγύφθογγος ἀηδὼν B et Haun. habent λιγύμυθος ἀ., quod in Veneto pro varia lectione citatur. In codice Γ annotatum est: γρ. λιγύμυθος ἢ λιγύμοχθος; in scholiis legimus λιγύμοχθον [1]) ἔφη διὰ τὸν μόχθον καὶ τὸν θρῆνον τὸν ἡδυτάτως ἐξ αὐτῆς εἰς τὸν παῖδα γινόμενον. — Videtur λιγύμοχθος e corrupto λιγύμυθος ortum esse; hoc autem glossema esse veræ lectionis λιγύφθογγος. [2])

Avv. 1588: „πρεσβεύοντες ἡμεῖς ἥκομεν" — sic Neptunus — „παρὰ τῶν θεῶν περὶ πολέμου καταλλαγῆς" [3]) — διαλλαγῆς habet Ravennas, quæ vox usitatior olim addita est ad explicandam rariorem, nec tamen reiciendam, ut ostendunt exempla a Kockio allata.

Ran. 857: [4])

λοιδορεῖσθαι δ' οὐ πρέπει
ἄνδρας ποιητὰς ὥσπερ ἀρτοπωλίδας. —

Vellem Dindorfius, Meinekius, Velsenius explicassent cur tandem e deterioribus codicibus multis receperint θέμις pro πρέπει; longe melius hic se habet τὸ πρέπει („decorum est"), quam θέμις („fas est") [5]). Conviciari inter se non solim poetis *fas* non est, sed nullis hominibus, ne ἀρτοπωλίσιν quidem. — Optime iam Fritzschius: „suspicor, θέμις e scholiis irrepsisse, in quibus similis locus λοιδορεῖν οὐ θέμις allatus fuerit."

---

1) Sic recte Kuster; λιγύφθογγον codices.

2) Nimis acute Rutherford ad scholion annotat: „The latter part of this note suggests γλυκύμοχθος."

3) Sic recte, me iudice, scripserunt Dindorf et Bergk, codicem B secuti. In V et A est περὶ τοῦ πολέμου καὶ καταλλαγῆς, quod omisso καὶ receperunt Meineke et Kock; περὶ τοῦ πολέμου καὶ τῆς διαλλαγῆς habet R.

4) Consulto omisi Ran. 838, ubi ἀθύρωτον στόμα habent R, Suid. i. vv. ἀθύρωτον et ἀπύλωτον, Bekker Anecd., p. 352, 11, ἀπύλωτον ceteri omnes, quod retinuerunt Fritzsche et Bergk; utrum enim interpreti debeatur, me diiudicare non posse libenter fateor.

5) Quamquam apud tragicos certe θέμις ἐστί sæpius nil significat nisi „licet," cf. e. g. Soph. Philoct. 812, Electr. 565.

Ran. 1019:

καί τί σὺ δράσας οὕτως αὐτοὺς γενναίους ἐξεδίδαξας[1]);

Pro *γενναίους* in V et multis aliis legitur *ἀνδρείους*, quod Blaydesium, qui omnino recte annotavit „sed *γενναίους* confirmatur versu 1014" in textum recepisse mirum est.

Ran. 1182:

ἦν Οἰδίπους τὸ πρῶτον εὐδαίμων ἀνήρ

Pro *εὐδαίμων* VR cum plerisque aliis habent *εὐτυχής*, quod coll. vs. 1183 iure reiecerunt editores post Brunckium (cf. ad Nubb. 268, supra p. 64).

Plut. 387. Chremyli recens ditati verba sunt haec:

ἀλλὰ τοὺς χρηστοὺς μόνους
ἔγωγε καὶ τοὺς δεξιοὺς καὶ σώφρονας
ἀπαρτὶ πλουτῆσαι ποιήσω.

Nimium auctoritatis hic Ravennati tribuit Blaydes, qui tuetur eius lectionem e glossemate vel ad *χρηστοὺς* vel ad *δεξιοὺς* adscripto ortam *δικαίους* pro *δεξιούς*, versus sic refingens:

ἀλλὰ τοὺς χρηστοὺς ἐγὼ
καὶ τοὺς δικαίους τούς τε σώφρονας μόνους κτέ.

Plut. 1110:

ἡ γλῶττα τῷ κήρυκι τούτων[2]) *τέμνεται.*

Iniuria, ut videtur, Bergk et Dindorf receperunt lectionem codicis R, servatam etiam in margine Veneti, *γίνεται* (*γίγνεται*) pro *τέμνεται*.

---

1) *εἶν' ἐδίδαξας* Blaydes, sine iusta causa.

2) Languidissimum hic esset *τούτῳ*, quod tamen ex deterioribus nonnullis recepit Blaydes.

Plut. 1190:

ὁ Ζεὺς ὁ σωτὴρ γὰρ πάρεστιν ἐνθάδε
αὐτόματος ἥκων.

Non tantum apud me valet Veneti auctoritas, ut Bergkio assentiar, *ἐλθών* pro *ἥκων* ex eo recipienti. Iure enim Blaydesius (in addendis): „sæpe synonyma substituit V". Eodem modo vs. 824 *ἔλθωμεν* pro *ἴωμεν* habet V; apud schol. Nubb. 239 in citato Pacis versu 192 pro *ἥκεις* legitur *ἦλθες*.

Paucis denique locis altera particula alteram expellere conata est. Sic **Nubb. 340:**

λέξον δή μοι, τί παθοῦσαι
εἴπερ νεφέλαι γ' εἰσὶν ἀληθῶς, θνηταῖς εἴξασι γυναιξίν,

Venetus et Ravennas cum plerisque aliis pro *δή* metro invito præbent *δὴ νῦν*. Prorsus eodem modo **Pac. 1099** lectio *φράζεο δὴ* in uno codice B servata est, cum in ceteris exstet *φράζεο δὴ νῦν*. Ambobus autem his locis *νῦν* præfert Blaydes, qua de causa parum mihi liquet. Altius autem hoc malum iam penetravit.

Equitt. 8:

δεῦρο δὴ πρόσελθ', ἵνα
ξυναυλίαν κλαύσωμεν Οὐλύμπου νόμον. [1]

ubi pro *δὴ* in omnibus codicibus præter R et Vat.[2] traditum est *νῦν*, quod merito reiciunt Bergk, Meineke, Ribbeck,

---

1) E glossemate ortum est quod habet Suidas i. v. *ξυναυλίαν*: *πενθήσωμεν*, quod merito reicit G. Bünger (de Aristoph. Equitt., Lysistr., Thesmoph. apud Suid. reliquiis, Diss. Argent., 1878, p. 33 sq.). Nullo iure Toup, cui simul suspecta erat forma *Οὐλύμπου* (cf. Zacher Aristophanes-Studien, p. 2 sq.), *ξυναυλίαν πενθήσομεν Ὀλύμπου νόμον*, metro quoque repugnante. Neque probabilius Rutherford ad scholium *μιμησώμεθα οὖν ἐν τῷ θρηνεῖν τὴν συναυλίαν Ὀλύμπου καὶ ὡς ἀπὸ μιᾶς φωνῆς ὀδυρώμεθα* annotat: „We should not alter Ὄλυμπος to Οὔλυμπος in these notes, since there was a reading *πενθήσωμεν Ὀλύμπου*."

Præterea apud Suidam traditum est *νόμῳ* pro *νόμον*, quod vitium dubito sitne ipsi Suidæ tribuendum an librariis, qui eius codices scripserunt, ut putat Bernhardy. *Vitium* dico: nam parum feliciter Blaydesius *νόμῳ* defendit coll. Acharn. 773: *αἰ μὴ 'στιν οὗτος χοῖρος Ἑλλάνων νόμῳ*, qui locus nihil ad rem.

Dindorf, van Velsen, Kock, Zacher; vel **Vesp. 211,** ubi pro *ἄγε νῦν ἐπειδὴ* in V legitur *ἄγε δὴ ἐπειδή.*

Ad idem genus referendum quod **Nubb. 386:**

> *ἤδη ζωμοῦ Παναθηναίοις ἐμπλησθεὶς εἶτ' ἐταράχθης*
> *τὴν γαστέρα κτέ.*,

in deterioris notæ nonnullis codicibus in textum post *ἤδη* irrepsit vocabulum *ποτέ*, quod in codicis Par. 1 margine adscriptum est. Unde apparet in **Nubium versu 766:**

> *ἤδη παρὰ τοῖσι Φαρμακοπώλαις τὴν λίθον*
> *ταύτην ἑόρακας κτέ.*

Hermannum iniuria coniecisse:

> *ἤδη ποτὲ παρὰ τοῖς Φαρμακοπώλαις κτέ.*,

eo fretum quod in nonnullis codicibus traditum est *ἤδη ποτέ.* Neque huic coniecturæ ex eo fulcrum petere ei licebat quod in Ravennate pro *τοῖσι* est *τοῖς*, nam nulla metri ratione habita formæ in - *οις* et in - *οισι* exeuntes passim confunduntur in codicibus Aristophaneis.

In præpositionibus exempli gratia erratum est **Ran. 102,** ubi pro *ἰδίᾳ τῆς Φρενός* Ravennas et alii nonnulli habent *ἄνευ τῆς Φρενός*, cf. schol. *ἰδίᾳ*] *ἄνευ*; *ἰδίᾳ*] *χωρίς* [1]); vel **Ran. 329,** ubi plerique inferioris ordinis codices non *περὶ κρατὶ σῷ βρύοντα*, sed *ἀμΦὶ κρ. σ. βρ.* habent; vel **Nubb. 237,** ubi *ὡς ἐμέ* in Φ et Mut. 3 abiit in *εἰς ἐμέ.*

Quæ observatio facit ad **Equitt. 751,** ubi Demus secundum plerosque codices dicit:

> *ἀλλ' εἰς τὸ πρόσθε. χρὴ παρεῖναι εἰς τὴν Πύκνα.*

---

1) *ἄνευ* (superscr. *χωρίς*) habet V sec. Cobetum. — Sic *Ran.* 978 pro *κἀνασκοπεῖν* in R est *κ' ἂν ἀποσκοπεῖν* (superscr. *ανα*); quod ortum est ex *καποσκοπεῖν.*

Iam Casaubonus annotabat: „An legendum, ὡς τὸ πρόσθε, ut ante? Ferri tamen potest εἰς." — Hac in re ab egregio illo philologo dissentio, quod τὸ εἰς ferri posse vix crediderim. Multo enim duriora mihi videntur verba εἰς τὸ πρόσθε, quam quæ Demo, decrepito seni, conveniant; ducis potius talia sunt militibus imperantis vel præconis comitia convocantis [1]). Egregie vero Demum decet ὡς τὸ πρόσθε (quod extare dicitur in codice S, quodque receperunt Bergk, Kock, von Velsen): „a prisco meo more" inquit „non recedam, sed ut antea mos fuit, in Pnyce disceptabitur." —

Nimium autem Ravennatis auctoritas apud Velsenium valuisse mihi videtur **Plut. 32,**

ἐπερησόμενος οὖν ᾠχόμην ὡς τὸν θεόν,

ubi pro ὡς recepit eius lectionem πρός. Neque prudentius idem **Plut. 152,** ubi haec dicit Chremylus: „dicunt meretriculas Corinthias, si ab homine divite petantur,

τὸν πρωκτὸν αὐτὰς εὐθὺς ὡς τοῦτον τρέπειν,"

secutus est Ravennatem et multos alios, qui εἰς (vel ἐς) præbent.

Similiter ὡς evanuit in nonnullis codicibus **Nubb. 1199:**

ὅπερ οἱ προτένθαι γὰρ δοκοῦσί μοι παθεῖν· (cf. supra p. 65)
ἵν' ὡς τάχιστα τὰ πρυτανεῖ' ὑφελοίατο,
διὰ τοῦτο προὐτένθευσαν ἡμέρᾳ μιᾷ,

ubi in codice Cant. 3 ad ἵν' ὡς additum est glossema ὅπως, in Harl. 3 et Bodl. 4: ὅπως λίαν. Unde apparet quomodo orta sit lectio Ravennatis, Veneti, aliorum: ὅπως τάχιστα κτἑ.,

---

1) „Sed age procedamus, vorwärts," vertit Meineke (Vind. Ar. p. 61), quem minime hoc male habet; assentitur ei Zacher, Aristophanesstudien p. 115 sq.; huius autem argumentum ὡς τὸ πρόσθε hac significatione apud Aristophanem non redire, minime neglegendum esse libenter concedo.

quam nullo iure receperunt Hermann, Bergk, Meineke, Teuffel, Coen, Kähler, Kock, coll. Acharn. 756:

τοῦτ' ἔπρασσον τῇ πόλει
ὅπως τάχιστα καὶ κάκιστ' ἀπολοίμεθα —

qui locus dissimillimus, nam *ὅπως* ibi non est *ut* sed *quomodo;* in oratione quæ dicitur recta haec sic dicerentur: *πῶς τάχιστα καὶ κάκιστα ἀπολοίμεθ' ἄν;*

CAPUT SEPTIMUM.

De præpositionibus confusis.

Iam paulo uberius disputare mihi liceat de eo vitiorum genere ex quo iam sub finem præcedentis capitis pauca delibavi; corruptelas dico quas interdum perpessæ sunt præpositiones.

Quorum errorum haec præcipua est causa, quod sæpe admodum inter se similia sunt compendia litterarum quibus olim indicabantur præpositiones [1]). Sic nemo qui vel levissimam cum veteribus codicibus vel papyris familiaritatem contraxerit nescit, quam exiguum sit discrimen inter præpositionum *παρά* et *περί* compendia — quid mirum igitur alterum sæpius alterius occupasse locum? Sic **Equitt.** 373 pro *παρατιλῶ* omnes codices præter R habent *περιτιλῶ*; sic **Vesp.** 215:

> *ἀλλ', ὦ πονήρ', ἥξουσιν ὀλίγον ὕστερον*
> *οἱ συνδικασταὶ παρακαλοῦντες τουτονὶ*
> *τὸν πατέρα* —

in V pro *παρακαλοῦντες* est *περικαλοῦντες*; quod vitium etiam in scholion *ἢ περὶ ἀντὶ τοῦ ἐξ* penetravit; nam vix potest esse

---

[1]) Hic omnino conferenda sunt quæ congessit Cobetus V. L[2]. p. 270 sqq.

dubium, quin in eo quoque olim *παρὰ* scriptum fuerit. — Contra **Equitt. 1228** pro *περιθῶ* in A legitur *παραθῶ* [1]).

Ambigunt autem editores de **Equitt. 56**, ubi sic loquitur Demi servus:

καὶ πρῴην γ' ἐμοῦ
μᾶζαν μεμαχότος ἐν πυέλῳ [2]) *λακωνικὴν*
πανουργότατά πως παραδραμὼν, ὑφαρπάσας
αὐτὸς παρέθηκε τὴν ὑπ' ἐμοῦ μεμαγμένην,

ut ediderunt Bergk, Meineke, von Velsen, qui sequuntur codicem Venetum et Suid. i. v. *μᾶζα* [3]). Sed quid est *παραδραμών*? „Accedens", vertit vetus Suidæ interpres; quod tamen Græce potius est *προσιέναι, παριέναι.* Multo melius Zacher (Aristoph. Stud. p. 11): „eilig herbei kommend, mich im lauf überholend"; qui tamen iure, ut videtur, addit: „beides passt hier nicht, sondern, wie aus *πανουργότατα* hervorgeht, wird der Begriff des Listigen, Heimligen verlangt". — Vulgata vero etsi et ipsa subobscura est, tamen bonam admittit interpretationem [4]).

Neque dubito quin **Nubb. 994** *περὶ* verum sit, non *παρά.* Ubi inter multa alia Vir Iustus haec Phidippidi dicit:

κἀπιστήσει μισεῖν ἀγορὰν καὶ βαλανείων ἀπέχεσθαι,
καὶ τοῖς αἰσχροῖς αἰσχύνεσθαι, κἂν σκώπτῃ τίς σε φλέγεσθαι,
καὶ τῶν θάκων τοῖς πρεσβυτέροις ὑπανίστασθαι προσιοῦσιν,
καὶ μὴ περὶ τοὺς σαυτοῦ γονέας σκαιουργεῖν [5]), *ἄλλο τε μηδὲν*
αἰσχρὸν ποιεῖν, ὅ τι τῆς Αἰδοῦς μέλλει τἄγαλμ' ἀναπλήσειν [6]).

---

1) Similia vitia habent nonnulli codices *Nubb.* 396, *Vesp.* 392.

2) Codices Πύλῳ; quod emendavit C. F. Hermann; cui frustra obloquitur Zacher Aristoph. Stud. p. 10 sq.

3) Idem probat G. Bünger de Arist. Equitt. Lysistr. Thesm. apud Suidam reliquiis p. 17.

4) „*περιτρέχειν*, wohl nur hier = *περιέρχεσθαι* [immo *περιιέναι*], listig betrügen" — Kock.

5) cf. supra p. 64.

6) Sic scripsi Wolffium, Bergkium, Meinekium, Dindorfium, Kockium, Leeuwenium secutus. Teuffelius, Coenius, Kählerus recipiunt codicis R lectionem *ὅτι*

Pro *περὶ* ex VR Θ Med. 4 *παρὰ* iniuria receperunt Hermann, Teuffel, Coen; nam *παρὰ τοὺς γονέας* significare posse *παρὰ γνώμην τῶν σῶν γονέων*, ut putat scholiasta, persuadere mihi non possum; recte omnino Kähler: „*περὶ*, da das vom Rav. gebotene *παρὰ* so nur mit sachlichen begriffen verbunden wird."

Tertius locus ubi *περὶ* verum mihi esse videtur est **Ran. 1068**:

κἤν ταῦτα λέγων ἐξαπατήσῃ, περὶ τοὺς ἰχθῦς ἀνέκυψεν,

ubi parum mihi persuaserunt Fritzsche, Bergk, Meineke, von Velsen, Dindorf, Kock, recipientes lectionem omnium codicum præter quattuor deterioris notæ *παρὰ τοὺς ἰχθῦς*, quam Suidas quoque servavit i. v. *χιτών*. *Περὶ* enim in simili verborum structura legitur apud Eupol. fr. 304 [1]): *περιῆλθον εἰς τὰ σκό-*

τῆς Αἰδοῦς μέλλεις τἄγαλμ' ἀναπλάττειν, quam sic explicat Teuffel: „effingere pudoris imaginem (in temet ipso), te reddere eius simulacrum"; similiter Kähler: „quia Pudoris imaginem debes effingere (in temet ipso, tuis moribus)," et Coen: „Poichè tu devi rappresentare l'imagine del Pudore" — sed etiamsi verbum *μέλλειν* debendi sensu usurpari posse concedamus, undenam desumpta sunt ea quæ cancellis sæpta addiderunt Teuffel et Kähler? Nempe ex ipsorum commentatorum ingenio. Minus etiam mihi satisficiunt ea quæ (multa alia præterea coniciens) dedit Blaydesius: *ὅτι τῆς Αἰδοῦς μέλλω τί σ' ἄγαλμ' ἀναπλάττειν*.

Quod ego dedi scholiastam legisse ex eius annotatione *ὅπερ μέλλει μολύνειν τὴν Αἰδώ* apparere, iure observavit Hermannus, qui idem edidit, nisi quod pro *μέλλει* dedit *μέλλεις*, quod verum mihi non videri docebit quam, Kockium secutus, propono explicatio: „quod Pudoris imaginem inquinaturus sit," ut ex parte Kähleri utar verbis. Puto autem hæc verba desumpta esse ex carmine aliquo, aut ex tragoedia aliqua, aut e scholis philosophorum. Ultimum fortasse verisimillimum est, nam „Platonici etiam pulchri cuiuslibet et summi boni cogitationem mente informatam *ἀγάλματος* nomine designabant " (Ruhnken. ad Tim. p. 7; vide et d'Orvillium ad Chariton p. 12 sq., v. Wilamowitz ad Eur. Herc. 49, ed II, tom II, p. 16 sq.); etiam Socratem igitur hoc modo locutum esse credibile est. Humilior autem pro hac locutione mihi videtur Leeuwenii interpretatio „intemeratum pudorem, qui ætatulæ decus est longe pulcherrimum"; neque recte, ut mihi videtur Hermann: „quidquid pudoris *tui* decus contaminet," probante Meinekio (Vind. Ar. p. 77). Ceteri codices habent: „*μέλλεις ἄγαλμ' ἀναπλήσειν* (V. Mut. 2), vel *μέλλεις τἄγαλμ' ἀναπλήσειν* (V sec Cobetum, alii), vel *μέλλεις τἄγαλμ' ἀναπλάσσειν*, vel *μέλλεις ἄγαλμ' ἀναπλάσσειν*, vel *μέλλεις ἄγαλμ' ἀναπλήσσειν*, vel *ἀγάλματα μέλλεις ἀναπλήσειν*, vel *μέλλεις πλάσσειν* (sic) vel *μέλλει ἀγάλματ' ἀναπλήσειν* (Par. 19).

1) Servatum apud Polluc. IX 47, qui locus dignus est qui conferatur.

ῥοδα κτἑ. καὶ περὶ τὰ γέλγη καὶ οὐ τὰ βιβλί' ὤνια; cf. Acharn. 693 περὶ Κλεψύδραν. Præpositionis παρά vero hoc modo adhibitæ exempla, ni fallor, frustra quæsiveris, nam quod conferunt Pac. 165:

> ἄνθρωπε, τί δρᾷς, οὗτος ὁ χέζων
> ἐν Πειραιεῖ παρὰ ταῖς πόρναις,

huius loci longe alia est ratio: non solum enim ibi παρά cum dativo iunctum est, verum etiam παρὰ ταῖς πόρναις significare non potest „in foro meretricum"; puellarum enim fora in Babylone exstitisse Herodoto I: 196 libenter credo, de Athenis vel de Piræo idem non credam donec certissima allata sint testimonia.

In **Vesparum versu 1083**:

> ἐμαχόμεσθ' αὐτοῖσι, θυμὸν ὀξίνην πεπωκότες,
> στὰς ἀνὴρ παρ' ἄνδρ,' ὑπ' ὀργῆς τὴν χελύνην ἐσθίων,

in codice R pro παρ' est πρὸς. Simili autem errore **Nubb. 326**:

> ΣΩ. χωροῦσ' αὗται πάνυ πολλαί,
> διὰ τῶν κοίλων καὶ τῶν δασέων αὗται πλάγιαι. ΣΤΡ. τί τὸ χρῆμα;
> ὡς οὐ καθορῶ. ΣΩ. παρὰ τὴν εἴσοδον κτἑ.,

in V et aliis quibusdam extat πρὸς pro παρά, quod rectissime se habet et male sollicitatur a Blaydesio, qui conicit κατά. Iungenda enim sunt χωροῦσ' αὗται πάνυ πολλαὶ (vs. 324)... παρὰ τὴν εἴσοδον.

In ὑπέρ abiit præpositio περί **Nubb. 226**, ubi postquam Socrates dixit:

> ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον,

Strepsiades exclamat:

> ἔπειτ' ἀπὸ ταρροῦ τοὺς θεοὺς ὑπερφρονεῖς κτἑ.,

in vulgata certe lectione, quam inepte sic explicat scholiasta: *ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν περινοεῖς* (*περιφρονεῖς* recte Rutherford) *ὑπερφρονεῖς εἶπεν, ἵνα διαβάλῃ τὸν Σωκράτην ὡς ὑπερφρονοῦντα τῶν θεῶν*. Sed multo aptius est *περιφρονεῖς*, quod in V est sec. Hermann et Ferrai, in R sec. van Herwerden, quodque addito *σὺ* receperunt Blaydes (nullam tamen codicum mentionem faciens) et van Leeuwen; sic enim melius cum versu præcedenti, ubi *περιφρονῶ* legitur, non *ὑπερφρονῶ*, noster convenit. Sæpius autem *περιφρονεῖν* prorsus idem significat quod *ὑπερφρονεῖν*; cf. e. g. Thucyd. I: 25 § 4, quæque ibi annotant Classen-Steup. Vulgatam lectionem ex *θεουσ⟨σ⟩υπερ⟨ι⟩φρονεισ* natam esse censet van Leeuwen; fieri etiam potest, ut ex interpretamento nata sit, cf. Suidas *περιφρονεῖν*] *ὑπερφρονεῖν. Ἀριστοφάνης δὲ περιφρόνει τὰ πράγματα, ἀντὶ τοῦ ἐρεύνα, ἀναζήτει. καὶ Σωκράτης ἔφη ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον.*

In eiusdem fabulæ **vs. 1005**:

> *ἀλλ' εἰς Ἀκαδήμειαν κατιὼν ὑπὸ ταῖς μορίαις . . . θρέξει*
> *στεφανωσάμενος καλάμῳ λεπτῷ*[1]) *μετὰ σώφρονος ἡλικιώτου,*

parum recte Hermann, Bergk, Meineke, Teuffel, Coen, Dindorf, Kähler, Kock receperunt lectionem codicum R, Cant. 1, Par. 20 corr. *ἀποθρέξει*, quod esset potius: „aufugies" cf. Avv. 1162, 1549, Thesm. 1214, Plut. 1133. Alii codices habent *ἀποθρέξεις*, vel *ὑποθρέξεις*, vel *ὑποθρέξει*, in V vero est *καταθρέξεις*, quod recepit Blaydes; melius etiam van Leeuwen idem in *καταθρέξει* mutavit. Cur enim formam futuri activi etiam **Pac. 261** restituendam censeat Blaydes, non intellego; medium requiri, satis, ni fallor, ostendit altera forma *δραμοῦμαι*. Prorsus eadem significatione apud Latinos usurpatur *decurrere*, vide e. g.

---

[1]) Sic van Leeuwen; *λευκῷ* codices. Inter utrumque adiectivum dubitatur in schol. Nubb. 1017, ubi ad *ὤμους μικροὺς* annotatur: *γράφεται καὶ λεπτοὺς καὶ λευκούς.* — Quæ tamen variæ lectiones nullius sunt pretii.

Nepos Eumenes V 5: „qui motus non minus sudorem excutiebat, quam si in spatio decurreret"; Ovid. Metam. XIV: 50:

„Summaque decurrit pedibus super æquora siccis."

Sæpe inter se commutari in codicibus *ὑπό* et *ἀπό* in vulgus notum est; interdum autem perquam difficile est utrum verum sit diiudicare, vel statuere possitne defendi *ἀπό* an sit substituendum *ὑπό*. Quæ difficultas præsertim apud Thucydidem obtinet; sed aut fallor, aut longius quam par est hic progressus est v. cl. van Herwerden, qui v. c. apud Thucyd. IV 76 § 2 *τῷ γὰρ Ἱπποκράτει καὶ ἐκείνῳ τὰ Βοιώτια πράγματα ἀπό τινων ἀνδρῶν ἐν ταῖς πόλεσιν ἐπράσσετο, ἀπό* in *ὑπό* mutandum censet. Sed haec fortasse nihil ad Aristophanem, apud quem codices inter utramque præpositionem vacillant Equitt. 70, Pac. 790, Ran. 644, 1242, Plut. 1034, 770. In ultimo autem quem citavi versum:

ἐγὼ δ' ἀπαντῆσαί γ' ἐκείνοις βούλομαι,

prorsus me latet cur Dindorfius, Meinekius, Velsenius receperint codicum M, Mut. 1, 2 Cant. 4, Bodl. 6, 9 lectionem *ὑπαντῆσαι* pro *ἀπαντῆσαι*.

Quinque inveni locos, ubi inter *ὑπό* el *ἐπί* optio facienda est [1]). In quorum primo **Equitt. 459**:

ὡς εὖ τὸν ἄνδρα ποικίλως θ' ὑπῆλθες ἐν λόγοισιν,

Dindorfius et Kockius rectissime, ut videtur, receperunt codicis R lectionem *τ' ἐπῆλθες*; optimo iure hic annotat: „durch *offenen Angriff*, nicht durch *Ueberlistung* (*ὑπῆλθες*) ist Kleon besiegt."

---

1) Omittere enim possum Ran. 366, ubi iure omnes reiciunt lectionem quæ in R et tribus aliis invenitur: *κυκλίοισι χοροῖσιν ἐπᾴδων* pro *ὑπᾴδων*.

Simul tractandi sunt **Nubb. 263** et **274**. In priore versu Socrates Nubes invocaturus sie incipit:

εὐφημεῖν χρὴ τὸν πρεσβύτην καὶ τῆς εὐχῆς ἐπακούειν,

in posteriore his verbis invocationi finem imponit:

ὑπακούσατε δεξάμεναι θυσίαν καὶ τοῖς ἱεροῖσι χαρεῖσαι [1]),

has enim veras lectiones esse censeo. Accuratius enim quam Heindorf, qui (ad Plat. Gorg. p. 487 C, Ed. II, pag. 126) „*ὑπακούειν* est *auscultare*, *ἐπακούειν audientem se præbere*", Cobetus (N. L. p. 520 sq.) hæc verba sic distinxit: *ὑπακούειν* = parere, *ἐπακούειν* = facilem præbere aurem. Accedit quod valde dubium est num *ὑπακούειν* cum genitivo coniungi possit. Iniuria igitur Hermannus et Bergkius in vs. 263 retinuerunt quod habent codices præter RV *ὑπακούειν*, neque melius Hermann, Bergk, Meineke, Dindorf in vs. 274 ex deterioribus nonnullis receperunt *ἐπακούσατε*.

Nihilo magis dubito de **Vesp. 670**:

κᾆθ' οὗτοι μὲν δωροδοκοῦσιν κατὰ πεντήκοντα τάλαντα
ἀπὸ τῶν πόλεων, ἐπαπειλοῦντες τοιαυτὶ κἀναφοβοῦντες [2]).
δώσετε τὸν φόρον, ἢ βροντήσας τὴν πόλιν ὑμῖν ἀνατρέψω,

ubi „fortasse recte" Blaydesius annotat ad lectionem Veneti *ὑπαπειλοῦντες*. Quod significaret: „tecte minantes"; minime tamen tectæ sunt minæ quæ sequuntur.

Eadem de causa **Plut. 548** facio cum Meinekio et Velsenio, recipientibus lectionem servatam apud Polluc. IX, § 139:

σὺ μὲν οὖν τὸν ἐμὸν βίον εἴρηκας, τὸν τῶν πτωχῶν δ' ἐπεκρούσω,

cum in codicibus sit *ὑπεκρούσω*: haud tectis verbis in præcedentibus locutus est Chremylus.

---

1) *φανεῖσαι* V, alii, v. l. schol.

2) *ἀναβοῶντες* v. Herwerden Mnem. XXVI, p. 103; recte, ut videtur; in idem ipse incideram.

Cum ἀπὸ quoque ἐπὶ interdum bellum gerit, et si numero codicum res confici posset, **Nubb. 1105:**

> *τί δῆτα; πότερα τοῦτον ἀπάγεσθαι λαβὼν*
> *βούλει τὸν υἱόν, ἢ διδάσκω σοι λέγειν;*

recipienda esset lectio plurimorum *ἐπάγεσθαι*. Sed bene factum quod dubitari non sinit totius loci ratio.

Similiter autem **Plut. 1119** *κἀποτέτριμμαι* pro *κἀπιτέτριμμαι* habet R, et **Vesp. 100:**

> *τὸν ἀλεκτρυόνα δ', ὃς ᾖδ' ἀφ' ἑσπέρας, ἔφη*
> *ὀψ' ἐξεγείρειν αὐτὸν ἀναπεπεισμένον,*
> *παρὰ τῶν ὑπευθύνων ἔχοντα χρήματα,*

pro *ἀφ' ἑσπέρας* in omnibus codicibus præter VR legitur *ἐφ' ἑσπέρας*, quod parum recte retinuit Dindorf: iocus enim loci in eo est quod senex gallum increpare solet, licet *iam inde a vespero* incipiat canere — quod surgente demum sole facere solent.

Apparet iam minime profecto audacem fuisse v. cl. Halbertsma, cum **Equitt. 639:**

> *ταῦτα φροντίζοντί μοι*
> *ἐκ δεξιᾶς ἀπέπαρδε καταπύγων ἀνήρ,*

pro *ἀπέπαρδε* proponeret *ἐπέπαρδε*, quod iure receperunt Meineke, v. Velsen, Kock, Blaydes, Zacher.

„Mox senatum ingressus", Cleo inquit **Equitt. 477,** „omnes conspirationes vestras prodam,

> *καὶ τὰς συνόδους τὰς νυκτερινὰς ἐπὶ τῇ πόλει*
> *καὶ πάνθ' ἃ Μήδοις καὶ βασιλεῖ συνόμνυτε* [1])".

---

1) Hic iniuria Bergkius et Meinekius probasse videntur lectionem codicum ΑΓ¹Θ¹ *συνώμνυτε*; nam nisi addito *πάλαι* huc non satis bene quadrat imperfectum.

Pro ἐπὶ τῇ πόλει RA Par. 6 habent ἐν τῇ πόλει, quod probant Bergk, Dindorf, von Velsen, Zacher. Mihi tamen quasi ineptissimum emblema sonat istud ἐν τῇ πόλει; cur enim alio loco quam in urbe noctu conspiraretur? Nam quominus de arce cogitemus obstat articulus τῇ. Minime contra abundat ἐπὶ τῇ πόλει, „adversus rem publicam", neque opus est Cobeti coniectura, τὰς ἐν πόλει proponentis, vel Meinekii (Annot. Crit. p. LIX) τὰς ἐπὶ πόλει suspicantis [1]).

Perquam levis quoque error est, quo ἐν et ἐκ confusa sunt; nec tamen huius mendæ multa exempla in Aristophanis codicibus invenies; ego certe non multa inveni; inter quæ **Plut. 717**, ubi pro ἐμβαλὼν Venetus habet ἐκβαλών. Magis dubia res est **Equitt. 851**:

> ἀλλ' ἐστὶ τοῦτ,' ὦ Δῆμε, μηχάνημ', ἵν', ἣν σὺ βούλῃ
> τὸν ἄνδρα κολάσαι τουτονί, σοὶ τοῦτο μὴ 'κγένηται.

Sic certe olim edebatur; Kockius autem et Blaydesius ex Ravennate ediderunt μὴ ἐγγένηται. Utrum verum sit equidem iuxta cum ignarissimis ignoro; nam omnino facio cum Fritzschio qui (ad Ran. 690): „Atticis γίγνεται, ἐγγίγνεται, ἐκγίγνεται perinde esse *licet*" observat. Nimiæ autem sagacitati indulgere mihi videtur Blaydes, qui [2]) hæc verba sic distinguit: „ἐγγίγνεσθαι licere, ἐκγίγνεσθαι contingere." — Nam veterum scriptorum exempla hic nihil valere posse ratio fert: semper enim dubitari potest quænam corrupta sint, quæ

---

1) Ἐπὶ τῇ πόλει defendit Schneeius quoque (de Ar. Codd. 1876, p. 18 sq.), hoc præsertim argumento usus, quod idem legit scholiasta. Quod tamen satis parvi momenti.

Similiter *Plut.* 781 vera lectio ἐπεδίδουν in uno codice V servata est; ceteri habent ἐνεδίδουν, et *Plut.* 1207 soli RVΦ Mut 2 servarunt ἔπεισι, quod in ceteris in ἔνεισιν corruptum est.

2) Sicut Poppo-Stahl ad Thucyd. VII 68 § 1 (hoc quoque loco libri vacillant inter ἐγγενησόμενον et ἐκγενησόμενον).

non [1]); aliorum autem verborum analogia nihil nos potest docere, nam e. g. ἔξεστι significat „*licet*", ἐνδιδόναι est „*permittere*"; cum ἐκγίγνεται pro „*contingit*" adhibito comparari potest e. g. verbum ἐξευρίσκειν: ut in eo significatio *rei fortuitae* augetur etiam præpositione ἐκ, sic ἐκγίγνεταί μοι idem fere significare potest atque γίγνεταί μοι; hoc autem non est „*licet mihi*", sed „*contingit mihi*". Ab eadem stirpe a qua hæc verba prodierunt substantiva ἔκγονος et ἔγγονος. Quorum illud significare debere „oriundus ex aliquo", hoc „is qui eiusdem familiæ est", mihi quidem ipsa ratio ferre videtur; neque Zachero iisque quos ille nominat (Aristophanesstudien, p. 121 sq.) assentior, eas voces promiscue usurpari contendentibus. Qua de causa Bergkium, Meinekium, Ribbeckium, Dindorfium, Velsenium, Kockium, Blaydesium laudo quod **Equitt. 786** sic ediderunt:

ἄνθρωπε, τίς εἶ; μῶν ἔκγονος εἶ τῶν Ἁρμοδίου τις ἐκείνων,

quamquam codices præter MBCP habent ἔγγονος.

Facilis hinc transitus ad præpositiones ἐν et εἰς. Neque de his multa disputanda erunt; nam quamquam hæ quoque passim et ubique in omnibus omnium scriptorum codicibus confunduntur, non ita sæpe tamen — apud Aristophanem saltem — utra præferenda sit dubius hæreas. Quis enim, ut hoc utar, **Vesp. 381**:

ἄγε νῦν, ἣν αἰσθομένω τούτω ζητῆτόν μ' εἰσκαλαμᾶσθαι

probabit lectionem Ravennatis ἐγκαλαμᾶσθαι?

Agendum tamen est de **Ran. 190** ἔμβαινε δή, ubi Dindorfius iniuria, deteriorum codicum ut videtur contemptu ductus,

[1]) Nam etiam ibi, ubi de vera lectione nemo ambigit, interdum hæc verba confunduntur. Sic apud Herod. IV 111: ταῦτα ἐβουλεύσαντο οἱ Σκύθαι, βουλόμενοι ἐξ αὐτέων παῖδας ἐκγενήσεσθαι, in codicibus est ἐγγενήσεσθαι.

recipit librorum RV lectionem *ἔσβαινε*. Nam quamquam certis argumentis hic vix pugnari potest (in plerisque enim eorum quoque locorum quos ad tuendum *ἔμβαινε* citat Blaydesius incerta est lectio), probabilius tamen est librarios *ἔμβαινε* in *εἴσβαινε* mutasse, quam inversa ratione eos egisse. Præterea si *εἴσβαινε* verum esset, nisi egregie fallor suppleri posset *εἴσβαινε εἴσω*; quod minime huius loci est.

Omnes autem editores recentiores sprevisse puto veram lectionem **Plut. 1169**, qui sic editur:

καὶ πλῦνέ γε
αὐτὸς προσελθὼν πρὸς τὸ Φρέαρ τὰς κοιλίας.

Hic editores, si melius consuluissent Hemsterhusii editionem, recepissent lectionem codicum V et Leid. 3, Herwerdeno quoque (Mnemos. XXVI p. 107) probatam:

αὐτὸς προσελθὼν εἰς τὸ Φρέαρ,

hoc enim „elegantiam habere paulo abstrusiorem", recte observat clarissimus Luciani editor. Sic enim hæc iungenda sunt: *πλῦνε εἰς τὸ Φρέαρ*, et ad *προσελθὼν* mente supplendum est *πρὸς τὸ Φρέαρ* [1]).

In **Ranarum vs. 853**:

ἀπὸ [2]) *τῶν χαλαζῶν δ', ὦ πονήρ' Εὐριπίδη,*
ἄπαγε σεαυτὸν ἐκποδών, εἰ σωφρονεῖς,

pro *ἄπαγε* primus Bergkius ex Ravennate libro recepit *ἄναγε*. Quem secuti sunt editores præter Dindorfium; iniuria ut videtur. *'Ανάγειν ἑαυτὸν* enim significat potius „leniter recedere,

---

1) Similiter *Equitt.* 804, qui versus recte sic editur:

ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης ἅμα καὶ χρείας καὶ μισθοῦ πρός σε κεχήνῃ

scholiasta pro *πρός* habet *εἰς*.

2) *ἐκ* van Leeuwen — quæ præpositio errore in nonnullis codicibus pro *ἀπὸ* legitur *Equitt.* 728, *Nubb.* 1296.

ita ut vix appareat fugiendi consilium", quod cum ἐκποδὼν vix potest coniungi. Longe certe aptius est ἄπαγε σεαυτὸν ἐκποδών: „quantocius in fugam te conice"; quibuscum vide quam bene cohæreant sequentia: „ne mox capitali verbo cervices tibi confringat."

In omnibus autem codicibus pro ἀπὸ legitur ἀνὰ Pac. 100:

τούς τε κοπρῶνας καὶ τὰς λαύρας
καιναῖς πλινθοῖσιν ἀποικοδομεῖν,

ubi ἀποικοδομεῖν pro ἀνοικοδομεῖν ex margine editionis Florentis Christiani iure receperunt Dindorf, Meineke, Paley, Blaydes, van Herwerden.

Non ἀπὸ denique, sed ὑπὸ depravatum est in ἀνὰ Vesp. 108:

ὑπὸ τοῖς ὄνυξι κηρὸν ὑποπεπλασμένος,

ubi ἀναπεπλασμένος ex auctoritate codicum VR rescripserunt editores recentiores præter Leeuwenium et Blaydesium. Quid tamen significet ἀναπεπλασμένος mihi quidem subobscurum est; ὑποπεπλασμένος vero satis defenditur analogia verbi Latini *sublinere*.

Hæc habebam quæ de præpositionibus inter se confusis in medium proferrem. Duos tamen adhuc locos addere libet in quibus præpositio ἐπὶ non cum alia præpositione, sed cum particula ἔτι certat; quæ quam facile inter se commutari potuerint, nemo non intelligit [1]). Prior locus est Nubb. 720:

καὶ πρὸς τούτοις ἐπὶ τοῖσι κακοῖς
φρουρᾶς ᾄδων
ὀλίγου φροῦδος γεγένημαι.

---

1) Præterea hæc confusio in nonnullis codicibus exstat *Vesp.* 212, *Plut.* 1116, 1131 (de quo loco cf. supra p. 53). Quin *Ran.* 197 εἴ τις ἐπιπλεῖ σπευδέτω iure Kusterus ἐπιπλεῖ in ἔτι πλεῖ mutaverit, nemo hodie dubitat.

Quos versus exscripsi sicut a Leeuwenio sunt editi; neque melius eos explicare possum quam ipsam recentissimi editoris versionem citando: „Præter cetera autem hoc est gravissimum, quod ne dormire quidem licet, sed inter hasce ærumnas etiam vigilare iubeor." Unde sponte apparet eum iure pro *ἔτι* rescripsisse *ἐπὶ* (Mnem. XXVI, p. 213), quod, secundum Blaydesium et Ferraium, in codice Ravennate legitur. In vulgata autem lectione *τοῖσι κακοῖς* quasi languidissimum sonat emblema.

Contraria autem est quæstio **Nubb. 654**, quem ex RV et aliis nonnullis sic ediderunt Bergk, Teuffel, Coen:

τίς ἄλλος ἀντὶ τουτουὶ τοῦ δακτύλου;
πρὸ τοῦ μέν, ἐπ' ἐμοῦ παιδὸς ὄντος οὑτοσί,

vereor tamen ut præpositio *ἐπὶ* sic usurpari possit addito participio *ὄντος*; nihil certe offensioni est in eo quod habent ceteri codices ceteræque editiones *ἔτ' ἐμοῦ παιδὸς ὄντος.*

CAPUT OCTAVUM.

De verbis compositis in simplicia, simplicibus in composita mutatis.

Alio quoque modo male tractatæ interdum sunt præpositiones in codicibus; non solum sæpius inter se sunt commutatæ, sed etiam haud infrequenter — præsertim in verbis compositis — prorsus evanuerunt. Multa autem huius generis vitia talia sunt, ut metro duce investigata statim aut facili coniectura aut aliorum librorum manuscriptorum ope corrigi possint. Exempli gratia nemo **Equitt. 272**

ἣν δ' ὑπεκκλίνῃ γε δευρί, τὸ σκέλος κυρηβάσει[1]),

quicquam tribuet lectioni codicis R *ἐκκλίνῃ* pro *ὑπεκκλίνῃ*, neque **Pac. 547**:

ὁ δέ γε τὰς σμινύας ποιῶν
κατέπαρδεν ἄρτι τοῦ ξιφουργοῦ ἐκεινουί,

[1]) De ultimis huius versus verbis meam facio Kockii notam: „ich vermag den Vers nicht genügend zu erklären"; lectionem autem codicum præter R *πρὸς σκέλος* nuper commendavit Zacher (Aristophanesstudien p. 41 sqq.); in qua offensioni non esse debere articulum omissum, coll. Lysistr. 82 *ποτὶ πυγὰν ἅλλομαι* me monet v. cl. van Leeuwen.

quisquam non sprevit quod extat in codice B πέπαρδεν pro κατέπαρδεν. Non minus **Plut. 1093**:

ἱκανὸν γὰρ αὐτὴν πρότερον ὑπεπίττουν χρόνον,

abiecta iacet lectio plurimorum codicum ἐπίττουν, servata etiam apud Suidam i. h. v. [1]).

Quæ observatio me eo ducit, ut disputem de his locis:

Nubb. 987. Hic Brunckius annotat: „Vulgo sic legitur hic versus:

σὺ δὲ τοὺς νῦν εὐθὺς ἐν ἱματίοισι διδάσκεις ἐντετυλίχθαι,

inconcinne admodum et contra commatum legem. Emendo certissime:

σὺ δὲ τοὺς νῦν εὐθὺς ἐν ἱματίοις προδιδάσκεις ἐντετυλίχθαι."

Cui cur non obtemperarunt Bergk, Dindorf, Teuffel, Coen, Kähler, Kock, præsertim cum idem legi iam sciamus in Veneto [2]) et in Mut. 1? Cæsura neglecta etsi fortasse paucis allatis locis defendi possit, tamen melius profecto tollitur.

Vesp. 997. Phiclocleo animi deliquium passus audito canem illum absolutum esse, simulac animum recepit, exclamat: „dic mihi, ὄντως ἀπέφυγεν"; — Hic nimium codici R tribuisse mihi videntur Richter, Meineke, van Leeuwen, recipientes ex eo πέφευγεν pro ἀπέφυγεν. Φεύγειν enim de reo adhibitum significat *causam dicere* potius quam *absolvi;* cf. vs. 157:

ἀλλ' ἐκφεύξεται Δρακοντίδης,

et vs. 1000: πῶς οὖν ἐμαυτῷ τοῦτ' ἐγὼ συνείσομαι,
φεύγοντ' ἀπολύσας ἄνδρα;

---

1) Alia præpositionis omissæ exempla extant *Equitt.* 616, 1363; *Vesp.* 427, 1251, 1530; *Pac.* 346 (de quo versu cf. supra p. 40); *Avv.* 205; *Ran.* 170, 523, 595, 1019, 1330; *Plut.* 724 (sec. v. Velsen), 999.

2) Dubitat de hoc codice Blaydes, affirmat Ferrai.

Avv. 362. Varia instrumenta quibus se ipsum comitemque adversus avium impetus defensurus est enumeravit Pithetærus; tum Euelpides:

ὦ σοφώτατ', εὖ γ' ἀνηῦρες αὐτὸ [1]) καὶ στρατηγικῶς·
ὑπεραχοντίζεις σύ γ' ἤδη Νικίαν ταῖς μηχαναῖς.

Quæ rectissime se habent, si quid video; contra mire mihi languet quod ex ΒΓΔ ediderunt Meineke et Kock: εὖ γὰρ ηὗρες.

Ran. 1045:

ΕΥΡ. μὰ Δί', οὐ γὰρ ἐπῆν τῆς Ἀφροδίτης οὐδέν σοι. ΑΙΣ.
[μηδέ γ' ἐπείη.

Hic V cum multis aliis habet οὐδὲ γὰρ ἐπῆν, R οὐδὲ γὰρ ἦν; quod Fritzschium, Bergkium, Dindorfium, Kockium (hic tamen dubitat) iniuria recepisse ostendit ἐπείη in Aeschyli responso. Minime enim mihi persuasit Fritzsche, et alia annotans et haec: „immo ἐπῆν natum est ex antiquiore vitio ἐπείη" — qui deinde finem versus in μηδὲ μετείη mutat.

Ran. 1517:

σὺ δὲ τὸν θᾶκον [2])
τὸν ἐμὸν παράδος Σοφοκλεῖ τηρεῖν
καὶ σῴζειν ἦν ἄρ' ἐγώ ποτε
δεῦρ' ἀφίκωμαι.

Hæc olim erat vulgata lectio; sed hic quoque verum a Brunckio restitutum, postea in Ravennate inventum est; qui habet διασῴζειν, metro sententiaque faventibus. Nam quamquam σῴζειν quoque quod ad sententiam minime ineptum est, magis tamen placet διασῴζειν; verte: „ut nunquam recedens sedem servet, si forte ego rediturus sim." Minus feliciter Bentley, quem secuti sunt Fritzsche, Bergk, Dindorf, Kock,

1) Nonne legendum est αὐτά? Blaydes proponit τοῦτο vel ταῦτα vel πάντα.
2) Sic Bentley; codices θᾶκον vel θρόνον.

κἀμοὶ σῴζειν: nimia pro hoc loco vi præditum est pronomen *ἐμοί*.

Plut. 845. Pallioli quod vir Iustus se deo voturum advenisse dicit, vetustatem sic deridet Cario:

μῶν ἐνεμυήθης δῆτ' ἐν αὐτῷ τὰ μεγάλα;

Respondet Iustus: *οὐκ, ἀλλ' ἐνερρίγωσ' ἔτη τρία καὶ δέκα.*

Sic traditum est in R V (sec. Cobetum), Cant. 3. In ceteris legitur *μῶν ἐμυήθης*, vel *μῶν οὖν ἐμυήθης*. Hanc lectionem retinuit Meineke, qui (Vind. Ar. p. 217): „Vereor ne viros doctissimos comparatio cum nostro *einweihen* in errorem induxerit." — Vellem tamen addidisset quid hic significet *μῶν οὖν* [1]; multo profecto melius idem Meinekius in Addendis p. VIII: „Ferri sane potest Rav. scriptura *ἐνεμυήθης*, non tamen ut *ἐμμυεῖσθαι* pro *μυεῖσθαι* dici posse concedam; imo *ἐνεμυήθης* dictum est ut in sequente versu *ἐνερρίγωσα* sc. *ἐν τῷ τριβωνίῳ*. Comparari possunt *ἐναποτίνειν*, *ἐναποπατεῖν* et multa eiusdem generis alia." Ita est: verbum *ἐμμυεῖσθαι* Græce nunquam exstitit, sed præpositio hic verbo simplici præfixa est eodem modo quo sæpius præpositio *πρὸς* ita est adhibita, ut dubites fere sitne scribendum *πρὸς* am *προσ-*. Nostro loco, ut me monet v. cl. Polak e. g. egregie comparari possunt quæ apud Diogen. Laert. II, v, 16 de Socrate dicuntur: *τί δ' ἔφη, τὸ ἐμὸν ἱμάτιον ἐμβιῶναι μὲν ἐπιτήδειον, ἐναποθνήσκειν δ' οὐχί;*

Simile quid accidit **Equitt. 676**, qui versus sic traditus est in R:

ἐγὼ δὲ τὰ κορίανν' ἐπριάμην ὑπεκδραμών,

cum ceteri habeant *ὑποδραμών*, quod retinuerunt Bergk, Rib-

---

1) Quas tamen particulas sic iunctas apud bonos scriptores inveniri observat van Herwerden ad Pac. 1042.

beck, Dindorf, Zacher. Verbi tamen ὑποτρέχειν sine accusativo adhibiti vereor ut exempla afferri possint; multo certe aptius est ὑπεκτρέχειν, quod leni transpositione verborum sic poetæ reddidit Fritzsche (ad Ran. 488):

ἐγὼ δ' ἐπριάμην τὰ κορίανν' ὑπεκδραμών [1]).

Vitium vitio expulsum est Ran. 369, ubi hæc ex codice V edunt Fritzsche, Bergk, Dindorf [2]):

τούτοις αὐδῶ, καὖθις ἀπαυδῶ, καὖθις τὸ τρίτον μάλ' ἀπαυδῶ
ἐξίστασθαι μύσταισι χοροῖς,

sed omnino hic unum idemque verbum poni debet, unde Porsonus, quem sequitur Meinekius: τοισίδ' ἀπαυδῶ — quod tamen pronomen nimis δεικτικόν. Velsenius et Kockius e Valckenarii coniectura edunt οἷσιν ἀπαυδῶ, quod num salva artis grammaticæ lege ad omnes qui inde a versu 355 nominati sunt referri possit, vehementissime dubito. Poetæ manum, nisi egregie fallor, restituit Blaydesius, qui scripsit:

τούτοις πρωυδῶ, καὖθις πρωυδῶ, καὖθις τὸ τρίτον μάλα πρωυδῶ.

Omnes codices haec labes infecit Vesp. 837, qui versus sic traditus est:

οὐ γὰρ ὁ Λάβης ἀρτίως
ὁ κύων παρᾴξας εἰς τὸν ἰπνὸν [3]) ἁρπάσας
τροφαλίδα τυροῦ Σικελικὴν κατεδήδοκεν;

---

1) Similiter *Equitt.* 742 (cuius versus quæ vera sit lectio satis incertum est) in aliis libris est ὑποδραμὼν in aliis ὑπεκδραμών.

2) Idem servatum est apud Gell. Præf. § 21; τούτοις ἀπαυδῶ metro invito Suidas quoque habet i. v. ἀπαυδῶ.

3) Vocabulum ἰπνὸς in mentem mihi revocat *Plut.* 815 ὁ δ' ἰπνὸς γέγον' ἡμῖν ἐξαπίνης ἐλεφάντινος. Apud Polluc. X 155 legimus: Ἀριστοφάνης ἐν Πλούτῳ εἰπὸν (sic) τὴν μυάγραν καλεῖ — qua de causa Bentleius (ad Callim. fr. 233) magna cum fiducia reponebat ἶπος; secutus eum est Hemsterhusius; cui in supellectile culinaria *muscipulæ* locum non esse negandum minime concedo; quamquam fieri potuit ut interdum in culina servaretur. Nihil video quod improbari possit in ἰπνὸς, quod *laternæ* sensu usurpari posse iam Dawesius

Metrum restituere conatus est Dobræus (quem sequuntur Hirschig, Bergk, Blaydes, Starkie), *ἀναρπάσας* scribens coll. vs. 17; qui locus nihil ad rem: *ἀναρπάσαντα* ibi usurpatur de aquila quæ in *coelum* avolat abreptam *χαλκίδα* sursum tollens. Minus etiam placet Brunckianum *ἐξαρπάσας*, Richtero probatum, quod nimis violentam indicaret actionem. Unice verum est *ὑφαρπάσας*, quod ab Elmsleio propositum receperunt Meineke, Dindorf, van Leeuwen, Graves; quod egregie convenit cum participio quod præcedit *παρᾴξας*.

Sed hic quoque inversa ratione agere possumus; nam ut sunt nonnulli loci, ubi pro verbo composito simplex usurpatum est, ita neque ii desunt, qui aut in omnibus codicibus aut in nonnullis præbent verbum compositum, cum requiratur simplex.

Exempli gratia **Avv. 1070** in omnibus codicibus præter Hauniensem (et editionem Aldinam) legitur:

ἑρπετά τε καὶ δάκετα πάνθ' ὅσαπερ
ἔστιν ὑπ' ἐμᾶς πτέρυγος ἐν φοναῖς ἐξόλλυται,

cum metrum creticum flagitet id quod iure receptum est *ὄλλυται*; nimium autem corruptæ lectioni tribuit Reisigius, qui, tmesi valde apud Aristophanem suspecta, proposuit *ἐκ φοναῖς ὄλλυται*; quod tamen receperunt Meineke, Dindorf, Kock. Similiter **Nubb. 786** pro *ἐδιδάσκου* metro invito in Bodl. 4 est *ἐκδιδάσκου*. Cuius rei memores in eiusdem fabulæ vs. **238**:

ἴθι νυν, κατάβηθ', ὦ Σωκρατίδιον, ὡς ἐμέ,
ἵνα με διδάξῃς ὧνπερ ἕνεκ' ἐλήλυθα,

(M. Crit. p. 199 sq., Ed. Kidd. p. 365 sq.) observavit (cf. van Herwerden ad Pac. 841). Parum autem probabilis mihi videtur Dobraei sententia (Observ. Aristoph. ed. Wagner p. 20), totam intelligendam esse culinam, „in qua scilicet lignea omnia in ebur fuerint versa"; nam quamquam ad hanc opinionem corroborandam imprimis valet Vesparum locus quem supra citavi, ubi *ἰπνὸς culinæ* significatione usurpatur, mihi tamen, si hoc nostro loco voluisset poeta, potius *πάντα τὰ ἐν τῷ ἰπνῷ* vel eiusmodi aliquid scripturus fuisse videtur.

ne nimium tribuamus lectioni quæ in V et multis aliis invenitur *ἵνα μ' ἐκδιδάξῃς*, quam receperunt Hermann et Bergk; neve assentiamur Blaydesio annotanti: „multo probabilius videtur *μ' ἐκδιδάξῃς* in *με διδάξῃς* abiisse quam hoc in illud"; sed unum expendamus, quid loci color postulet. Verbum autem *ἐκδιδάσκειν* si significat: „docendo informare alicuius hominis indolem" [1]) vel „ad finem usque docere, certiorem facere," in uniuscuiusque ore aptum est; cf. e. g. Ran. 1019:

καὶ τί σὺ δράσας οὕτως αὐτοὺς γενναίους ἐξεδίδαξας [2]),

Thucyd. VI 80 § 3: *συνελθόντες τε λέγομεν ἐκδιδάσκειν μὲν οὐδὲν ἔργον εἶναι σαφῶς οὔθ' ὑμᾶς οὔτε τοὺς ἄλλους περὶ ὧν αὐτοὶ οὐδὲν χεῖρον γιγνώσκετε.* In *tragico* vero sermone nihil amplius significat quam simplex *διδάσκειν* [3]), quod egregie demonstrat Aesch. Prometh. 981: *ἀλλ' ἐκδιδάσκει πάνθ' ὁ γηράσκων χρόνος* collatus cum Soph. fr. 586 (D.) *γῆρας διδάσκει πάντα καὶ χρόνου τριβή*, vel cum Eur. fr. 293, 3 *ὁ γὰρ χρόνος δίδαγμα ποικιλώτατον* [4]); cf. et Arist. Ran. 64 (= Eur. fr. 763), 1026 (ubi *τρανικῶς* loquitur Aeschylus), Aesch. Prom. 698, Soph. Antig. 298, O. R. 38, 1370, Electr. 621, Trach. 934, 1245, Philoct. 436; Eur. Med. 296. Nostro igitur loco, quoniam neque tragici sermonis imitatio est, neque eæ quas supra proposui requiruntur significationes, recipiendum est *τὸ διδάξῃς*.

---

1) De qua significatione vide quæ supra pag. 17 observavi de verbo *ἐκτρέφειν* — cuius forma *ἐκτρέφεις* in V et multis aliis metro sententiaque invitis pro *τρέφεις* legitur *Nubb.* 1208.

2) Hic autem R et multi alii habent *ἐδίδαξας*; *ἐξέδειξας* est in V.

3) Cf. v. Wilamowitz ad. Eur. Herc. 155 (Ed. II, Tom. II pag. 41): „überaus häufig sind im drama die beispiele von verben, die ohne nennenswerte steigerung der bedeutung ein *ἐξ* erhalten, lediglich um klangvoller und vornehmer zu wirken."

4) Non minus aptum exemplum est Soph. Electr. 395 sq., ubi ad Electræ verba: *μή μ' ἐκδίδασκε τοῖς φίλοις εἶναι κακήν*, Chrysothemis respondet: *ἀλλ' οὐ διδάσκω· τοῖς κρατοῦσι δ' εἰκαθεῖν.*

Præpositio *εἰσ-* in V et multis aliis prave ante *ἰὼν* collocata est **Equitt. 970**:

καὶ μὴν ἔνεγκ' αὐτοὺς ἰὼν, ἵν' οὑτοσὶ
αὐτῶν ἀκούσῃ,

quod considerandum est in constituenda vera lectione **Vesp. 606.** Hic enim versus in V sic traditus est:

ὃ δέ γ' ἥδιστον τούτων ἐστὶν πάντων, οὗ 'γὼ 'πιλελήσμην,
ὅταν οἴκαδ' ἴω τὸν μισθὸν ἔχων κᾆτ' (*κᾆθ'* sec. Cobetum)
[*εἰσηκόνθαμε πάντες*
ἀσπάζωνται διὰ τἀργύριον.

Quam lectionem, *εἰσηκόνθαμε* in *εἰσήκοντά με* mutato, receperunt Meineke et Richter. Pronomen tamen *με* etiamsi non prorsus abundet, elegantius tamen abest. Hac certe in re præstant codices R et C, qui hæc habent: *κἄπειθ'* (*κἄπειτ'* R) [1]) *εἰσήκονθ' ἅμα πάντες*; e quibus proice præpositionem *εἰσ-*, et habes lectionem quæ in codicibus B et Δ servata, a Brunckio restituta, ab Hirschigio, Bergkio, Leeuwenio, Starkio (probante Blaydesio) recepta est: *κἄπειθ' ἥκονθ' ἅμα πάντες*; neque opus est ulla mutatione (*κᾆτ' εἰσελθόνθ' ἅμα πάντες* ex Hirschigii coniectura edidit Blaydes; *κᾆτ' εἰσήκοντά μ' ἅπαντες* proposuit Wecklein — at nimiam vim hic habet *ἅπαντες*). — Omnino tamen fieri non posse ut poeta id scripserit quod Dindorfius et Gravesius ediderunt, *κᾆτ' εἰσήκονθ' ἅμα πάντες*, ne ego quidem negaverim.

Melius **Equitum** versui **655** consuluisse mihi videtur Cobetus quam librarii; hi enim scripserunt:

ἄνδρες, ἤδη μοι [2]) *δοκεῖ*
ἐπὶ συμφοραῖς ἀγαθαῖσιν εἰσηγγελμέναις
εὐαγγέλια θύειν ἑκατὸν βοῦς τῇ θεῷ,

---

1) Sæpius in hoc codice *τ* positum est pro *θ*; sic pro *αὖθις* semper fere habet *αὖτις* („solemnis hic huius libri error videtur esse", Blaydes ad Nubb. 557).

2) Pro *ἤδη μοι* R et M habent *κἀμοί*, unde Bothe et Bergk (præf. p. XVI)

præter eum qui confecit librum R; hic dedit nudum ἠγγελ-μένας (superscr. αι). Cuius lectionis nullam faciens mentionem Cobetus (N. L. p. 327) coniecit ταῖς ἠγγελμέναις; quod receperunt Meineke et Ribbeck. Vide autem quam aptus hic sit articulus.

In Avium versu 1094:

ἀλλ' ἀνθηρῶν λειμώνων
φύλλων ἐν κόλποις ναίω,

pro ναίω omnes libri præter C habent ἐνναίω; unde Bergkius φύλλων κόλποις ἐνναίω [1]), recte fortasse (nam quis hic certi aliquid statuere possit?). Similiter autem præpositio ἐν in Ravennate abundat **Plut. 564:**

περὶ σωφροσύνης ἤδη τοίνυν περανῶ σφῷν κἀναδιδάξω,
ὅτι κοσμιότης οἰκεῖ μετ' ἐμοῦ, τοῦ Πλούτου δ' ἐστὶν ὑβρίζειν

ubi habet τοῦ Πλούτου δ' ἐνυβρίζειν, inter Πλούτου et δ' addito ἐστί a manu quarta, sec. von Velsen. Nullo iure hinc ἐστ' ἐνυβρίζειν coniecisse mihi videntur Reisig et Fritzsche, non improbante Blaydesio (qui annotat „ἐνυβριεῖς legitur Thesm. 719").

Ceteros qui huc referendi sunt loci, ordine legitimo servato tractabo. Sunt autem hi:

Nubb. 1312. Valde dubius est hic locus, neque ego de eo certam sententiam proferre audeo. Sic versus traditi sunt in plerisque libris:

οἶμαι γὰρ αὐτὸν αὐτίχ' εὑρήσειν, ὅπερ
πάλαι ποτ' ἐζήτει,

---

coniecerunt ἢ κἀμοί, Dindorf olim ὡς κἀμοί, quæ minime apta, nam Isiciarium quoque centum boves Minervæ immolandas censuisse, in præcedentibus nusquam dictum est.

1) Idem (præf. p. VI) proponit εὐφύλλοις κόλποις ναίω.

quæ lectio, retenta a Teuffelio, Coenio, Meinekio, Dindorfio, Kählero, Kockio, Leeuwenio, per se spectata quod displiceat non habet, sed dubitationem movet versus strophicus 1304:

οἷον τὸ πραγμάτων ἐρᾶν Φλαύρων. ὁ γὰρ
γέρων ὅδ' ἐρασθεὶς
ἀποστερῆσαι βούλεται
τὰ χρήμαθ' ἃ ἐδανείσατο,

cuius metrum cum nostri versus metro non convenit. Mihi tamen verisimilius videtur hic *ἐρασθεὶς* corruptum esse, utpote ex *ἐρᾶν* in versu proximo ortum, (*ἐξαρθεὶς* coniecit Reisig, *χρήστας* Reiske, *ἐπαρθεὶς* Blaydes, *ἀρνηθεὶς* van Leeuwen), quam *ἐζήτει*. Pro hoc autem verbo *ἐξεζήτει* habent Bodl. 1 et Cant. 1, *ἐπεζήτει* RV, qua lectione usus Hermannus, quem sequitur Bergk, edidit *ἐπήτει*, de qua coniectura non nimis acerbe me loqui confido, si dico „minus aptum" hoc verbum hic esse quam *ἐζήτει*. Coniecturarum copiam ut solet effundit Blaydes, *ἐδίζητ'* edens, simulque proponens *ἐθήρα*, vel *ἐδίψα*, vel *ἐμάστευ'*, vel *ἐμαίετ'*, vel *πάλαι γ' ἐπεθύμει*!

Vesp. 1085:

ἀλλ' ὅμως ἀπεωσάμεσθα σὺν θεοῖς πρὸς ἑσπέραν [1]).

Sic BC, quam lectionem vulgatam retinuerunt Hirschig et Richter; perquam tamen suspecta est hæc synizesis. In R est *ἐπαυσάμεσθα*, in V *ἐσωζόμεσθα* quod non satis grave est verbum: non enim quia *servati* sunt, sed quod ipsi *hostes propulerunt* laudibus se ipsos efferunt Athenienses. *'Απωσάμεσθα* olim proposuit Dindorf, idque nuper recepit Graves, sed augmento *ἐ-* vix careri potest. Quid multa? nihil offendit in lectione servata apud Cramerum Anecd. Oxon. IV: 446 *ἐωσά-*

---

[1]) Sic recte V; *ἑσπέρας* RC; *ἑσπέρᾳ* B; quod olim vulgatum retinuit Richter; quo iure utinam explicasset!

μεσθα [1]); neque necessarium est quod coniecit Cobetus quodque recepit Starkie *ἐτρεψάμεσθα*.

Avv. 1543:

ἥν γ' ἣν σὺ παρ' ἐκείνου παραλάβῃς, πάντ' ἔχεις.

Hæc sunt tradita in RVA (nisi quod *ἅπαντ'* habet R) et recepta a Bergkio, Meinekio, Dindorfio, Kockio. Tamen neque metrum valde placet (quod tamen non omnino improbandum esse, ostendunt exempla a Bambergio de Codd. R et V p. 22 sqq. allata), et mirum quantum displicet istud *παραλάβῃς* pro verbo simplici *λάβῃς*; quod tum demum usurpari posset, si suis ipsius manibus ut Iuppiter Basileam Pithetæro traderet, posceretur. Nihil contra est quod improbes in lectione codicum B et Haun.:

ἥν γ' ἣν σὺ παρ' ἐκείνου λάβῃς ἅπαντ' (*πάντ'* Haun.) *ἔχεις.*

Nam quod dicit Bambergius (ibid. p. 30) solemnem esse formulam *πάντ' ἔχεις*, non *ἅπαντ' ἔχεις*, fugisse eum videntur loci Sophocl. Antig. 498:

τοῦτ' ἔχων ἅπαντ' ἔχω,

et Eur. Ion. 1367 sq.: *ἐξ ἡμων δ' ἔχεις*

ἅπαντα Φοίβου θ'.

Avv. 1624. „Quando homo sordidus et præ avaritia diis sacra facere neglegens nummos suos forte dinumeret, vel in balneo consideat" — sic Pithetærus —

„*καταπτόμενος ἰκτῖνος, ἁρπάσας λάθρᾳ,*
προβάτοιν δυοῖν τιμὴν ἀνοίσει τῷ θεῷ".

Pro *ἀναρπάσας* in A est *καὶ ἀναρπάσας*, in VR *κἀναρπάσας* —

[1]) Verba annotationis sunt hæc: „*'Αριστοφάνης ἐν Λυσιστράτῃ· ἀλλ' ὅμως ἐωσάμεσθα σὺν θεοῖς πρὸς ἑσπέραν*". Satis neglegenter rem egit Cramerus annotans: „Hæc nullibi apud Aristophanem occurrunt".

in quibus καὶ e grammatici coniectura ortum videtur, qui copula ambo participia coniungi debere falso putaret; ἀν- autem ex ἀνοίσει in versu sequenti natum est. Nullo iure hinc Bergk: ἀναρπάσας.

Ran. 1089:

μὰ Δί' οὐ δῆθ', ὥστε γ' ἀφαυάνθην
Παναθηναίοισι γελῶν, ὅτε δὴ κτέ.

Hæc lego apud Fritzschium, Bergkium, Velsenium. Verbum augmento instrue et habes lectionem ὥστε γ' ἀφηυάνθην Meinekio, Blaydesio, Kockio probatam, quam ego quoque veram esse censeo; verte: „Minime rerum, ⟨quod effecit⟩ ut risu pæne emortuus sim" κ.τ.λ. — Dindorfius tamen et Leeuwenius recipiunt lectionem ὥστ' ἐπαφαυάνθην (ἐπαφηυάνθην), quæ in R et apud Suid. i. v. invenitur; VMA habent ἀπαφαυάνθην, ceteri ἀπεφαυάνθην. De præpositione ἐπ- autem equidem mea facio Fritzschii verba: „At neque usquam exstat decompositum ἐπαφαυαίνω, neque præpositio ἐπὶ intellegi potest" — quæ si requireretur, nonne potius ante γελῶν quam ante ἀφηυάνθην ponenda fuisset?

Ran. 1366:

ἐπὶ τὸν σταθμὸν γὰρ αὐτὸν ἀγαγεῖν βούλομαι,
ὅπερ ἐξελέγξει τὴν ποίησιν νῷν μόνον.

Sic ediderunt Fritzsche, Bergk, Meineke, Dindorf, v. Velsen, Kock; eademque tradita sunt in codicibus RV. Nullus tamen hic locus τῷ ἐξελέγχειν, quod Blaydesium demum præcedentes editores docere debuisse, mirandum est; significat enim „refellere" — sed omnino requiritur „examinare", simplex igitur ἐλέγχειν, quod revera in tribus deterioris notæ codicibus invenitur, addito γ' post ὅσπερ [1]). Quod iure receperunt Blaydes

[1]) Hoc enim, ὅσπερ ... μόνος, non ὅπερ ... μόνον habent hi codices, ut multi alii. Quid verum sit equidem diiudicare non audeo.

et van Leeuwen; verte: „nam in trutinam eum imponere in animo est: *siquidem* hac una ratione inter eos disceptari poterit.

Plut. 1005. Queritur vetula, quod pauper ille iuvenis, quem autea habebat amatorem, iam visu Pluto restituto, se irrideat. Cui Chremylus:

δῆλον ὅτι τοὺς τρόπους τις οὐ μοχθηρὸς ἦν.
ἔπειτα πλουτῶν [1]) *οὐκέθ' ἥδεται φακῇ,*
πρὸ τοῦ δ' ὑπὸ τῆς πενίας ἅπαντα κατήσθιε.

Ultimum versum exscripsi sicut legitur in codicibus deterioris notæ plerisque; in V est *ἅπαντά γ' ἤσθιε*, in R *ἅπανθ' ὑπήσθιε*; *ἅπαντ' ἐπήσθιε* citatur apud Athenæum IV, p. 170: D. Nulla harum lectionum ita placet, ut quin vera sit dubitari non possit; immo, omnes magnam corruptelæ movent suspicionem. *Κατήσθιε* enim significat „devorabat" potius quam id quod requiritur „comedebat"; *γ'* in *ἅπαντά γ' ἤσθιε* iure quæras quid tandem sibi velit; ne *ἅπαντ' ἐπήσθιε* quidem, quamquam ceteris præstat, et revera a Bergkio, Dindorfio, Blaydesio receptum est, ab ipso poeta scriptum esse potest: est enim „obsonium comedere"; quod nisi iam per se ipsum satis constaret, docere posset exemplorum ab ipso Blaydesio allatorum copia. Quod huic loco minime aptum: in *omni enim caena* antea iuvenis quidquid invenire poterat, comedere coactus erat, non solum in *mensis secundis*. *Ὑπήσθιεν* denique non dignum est quod sub censum vocetur: hoc enim ex mero librarii errore ortum esse apparet. Omnino opus est verbo simplici *ἤσθιεν*, quod lenis-

---

1) „Potest fortasse *ἔπειτα* defendi" — sic Meineke Vind. Ar. p. 214. Quidni igitur hoc verbum intactum reliquit et cur rescripsit verbum apud Aristophanem satis inauditum *ζαπλουτῶν*? Rectissime hæc sic vertit Brunck: „Apparet moribus fuisse non improbis; deinde dives factus, non amplius capitur lenticula".

sima mutatione in textum restituerunt Dobræus et Meinekius, scribentes:

πρὸ τοῦ δ' ὑπὸ τῆς πενίας ἅπαντ' ἂν ἤσθιε,

quam lectionem iure receperunt Kappeyne et von Velsen, probante Herwerdeno (ad Pac. 6): nihil hic aptius quam iterativum istud *ἄν*, quod sæpius apud Aristophanem redit; cf. van Leeuwen et Starkie ad Vesp. 269.

CAPUT NONUM.

De omissionibus.

Præcedentis capitis pars prior iam in eo genere vitiorum versabatur, de quo nunc fusius disputaturus sum; ibi enim agebam de præpositionibus omissis in verbis compositis; nunc de aliis quibusdam locis agere mihi proposui, in quibus vocabulum omissum viam ad verum inveniendum indicare potest, aut iniuria nonnullis editoribus posse visum est.

Satis autem frequens hoc omissionis vitium est in codicibus Aristophaneis, in iis præsertim libris, quos optimos vocare solemus. Nam ut taceam de nonnullis versibus, qui toti in iis desunt [1]), quam sæpe metrum prorsus pessumdatum est,

---

1) E.g. in R Equitt. 414, Plut. 712. — Qua propter Kockio (Rhein. Mus. IX p. 515) non licebat provocare ad hunc codicem cum deleret *Equitt.* 215, qui in eo omittitur. Versus autem hi sunt: „Idem facere debebis quod nunc facis:

τάραττε καὶ χόρδευ' ὁμοῦ τὰ πράγματα
ἅπαντα καὶ τὸν δῆμον ἀεὶ προσποιοῦ,
ὑπογλυκαίνων ῥηματίοις μαγειρικοῖς."

Quem hic medium citavi versum, is non sine magno sententiæ detrimento omitti potest. In primo enim versu servus solis locutionibus usus est ex isiciarii arte desumptis, in ultimo iam aperte de plebe loquitur. Aptissime igitur medius versus transitum parat per lusum verborum *δῆμος* — *δημός*; quem tamen lusum nimis accurate, ut videtur, Casaubonus sic interpretatus est: „Ait igitur: Ante

neglecta una vocula quæ etiam ad sententiam verborum necessaria est! Cautissime igitur agere debemus, ubi talibus vitiosis lectionibus usi poetæ verba restituere conamur. Quod sæpius neglexerunt editores. Ut enim statim ab insigni incipiam exemplo, in **Nubium versu 1233:**

ΠΑΣΙΑΣ. *καὶ ταῦτ' ἐθελήσεις ἀπομόσαι μοι τοὺς θεοὺς,*
ἵν' ἂν κελεύσω ἐγώ σε; ΣΤΡ. *τοὺς ποίους θεούς;*
ΠΑ. *τὸν Δία, τὸν Ἑρμῆν, τὸν Ποσειδῶ κτέ.,*

nemo, nisi fallor, unquam offendisset, nisi soli deterioris notæ nonnulli codices essent, qui versum sic tradant, cum in RV et multis aliis omittatur *τοὺς*, in uno vero R totum illud *ἵν' ἂν κελεύσω ἐγώ σε.* Quem codicem secuti sunt Hermann, Meineke, Teuffel, Coen, Dindorf, Kähler, Kock, Blaydes, ita ut monometrum *ποίους θεούς* inter trimetros insertum esse statuerent; quod sinunt Acharn. 404, 407 [1]), Nubb. 222. Talis tamen interruptio aut ubi vocatur aliquis adhiberi potest, aut indicium esse debet animi vehementer concitati, vel irati, vel mirantis; quæ omnia graviora sunt pro nostro versu. Deinde multo aptius hic est *τοὺς ποίους θεούς* („quosnam igitur deos?" ut vertit van Leeuwen) quam *ποίους θεούς* („quid deos loqueris?"). Denique si qui librarius versum mancum explere voluisset, is non particulam *ἵνα* hoc loco adhibuisset: eiusmodi enim huius voculæ usum ex priscis iurisconsultorum formulis remansisse, monuit van Leeuwen. Versum igitur retinendum censeo [2]), sicut in plerisque codicibus traditus est, neque obtemperandum Bergkio, qui rescripsit:

ΣΤΡ. *ποίους θεούς*; ΠΑ. *ὃν ἂν κελεύσω 'γωγέ σε.*

Tam insignia autem exempla quæ tractem alia non habeo;

---

omnia populum tibi concilia: vel, ante omnia pinguedinem adjice cibis" — ultima enim significatio vix e poetæ verbis elici potest.

1) Hunc tamen monometrum *ἀλλ' οὐ σχολή* aliter verbis dispositis sustulit Bentleius.

2) Eandem opinionem defendit R. Schnee, De Ar. Codd. 1876, p. 42 sqq.

sed multa sunt quæ quamquam minoris momenti, tamen haud neglegenda sunt.

Sic particula ἂν in codice R omittitur Equitt. 1353, Nubb. 1086, 1385, Vesp. 344, Pac. 120, 1263 (in correctione), Ran. 894; in V Nubb. 1086, 1395, 1489 (sec. Cobetum), Plut. 583; in aliis alibi; neque eam ubi opus esse visum est, addere dubitarunt viri docti, e. g. Avv. 520, Plut. 946. Quod memoria tenendum est, ubi agimus de Equitt. 989:

φασὶ γὰρ αὐτὸν οἱ
παῖδες οἳ συνεφοίτων,
τὴν Δωριστὶ μόνην ἂν ἁρ-
μόττεσθαι θάμα τὴν λύραν,
ἄλλην δ' οὐκ ἐθέλειν μαθεῖν [1]).

Sic enim optime in B et in editione Aldina traditum est; hic autem ἂν respondet verbo ἐθέλειν in sequentibus. In ceteris codicibus particula omissa est; unde X habet ἐναρμόττεσθαι, quod e coniectura a Dindorfio rescriptum et Kockio quoque probatum, nonnisi metri causa excogitatum est. Μὲν ἁρμόττεσθαι coniecit Bernhardy, quem sequuntur Ribbeckius et Velsenius, parum favente verborum ordine.

Addam locum ubi omissum ἂν veræ lectioni inveniendæ inservire potest. Ran. 946 enim sic edi solet:

ἀλλ' οὐξιὼν πρώτιστα μέν μοι τὸ γένος εἶπ' ἂν εὐθὺς
τοῦ δράματος.

In quibus versibus metro nihil deest, neque sententia permagno laborat vitio. Attamen quid sibi vult particula μέν? Cui nulla in iis quæ sequuntur respondet. Deteriores vero codices plerique præbent:

ἀλλ' οὐξιὼν πρώτιστα μέν μοι τὸ γένος εἶπεν εὐθύς,

---

1) Facile est ad credendum μαθεῖν ex versu 995 irrepsisse et verum esse quod habet Suidas i. v. Δωριστί: λαβεῖν — cf. Bünger de Ar. Equitt. Lysistr. Thesm. apud Suid. reliquiis p. 26.

in quibus deest *ἂν*, abundat *μέν* — quid igitur aptius excogitari potest quam pro *μέν* rescribere *ἄν*, ut fecit Blaydes, quem sequitur van Leeuwen, et versum sic restituere:

ἀλλ' οὐξιὼν πρώτιστά μοι τὸ γένος ἂν εἶπεν εὐθύς?

Ceteri versus qui huc sub censum vocari debent sunt hi:

Equitt. 569:

οὐ γὰρ οὐδεὶς πώποτ' αὐτῶν τοὺς ἐναντίους ἰδὼν
ἠρίθμησεν[1]*), ἀλλ' ὁ θυμὸς εὐθὺς ἦν 'Αμυνίας.*

Sic in codicibus R et M traditum est; ceteri libri habent *οὐδεὶς γὰρ πώποτ'* (V et alii) vel *κοὐδεὶς οὐδεπώποτ'*. Facile excidere poterat *οὐ* (sicut v. c. in R omittitur Avv. 463); neque probabilior mihi videtur Cobeti sententia *οὐδὲ εἷς γὰρ*, vel Blaydesii *οὐδεείς* legendum esse — nam formas quales sunt *οὐδεείς*, *οὐδεέν*, quamquam non reiciendas esse ostendit Blaydesii annotat. exeget. ad Lysistr. 1044 (cf. etiam van Leeuwen ad Ran. 927) e coniectura tamen in textum invehere, mihi quidem periculosum videtur; ipse Blaydesius addit: „perrara sunt formæ trisyllabæ exempla apud veteris comoediæ poetas".

Nubb. 61:

μετὰ ταῦθ', ὅπως νῷν ἐγένεθ' υἱὸς οὑτοσί,
ἐμοί τε δὴ καὶ τῇ γυναικὶ τἀγαθῇ,
περὶ τοῦ ὀνόματος δὴ ἐντεῦθεν[2]*) ἐλοιδορούμεθα.*

---

1) Scholiastam qui explicat *μεθ' ἡσυχίας ἦγεν* legisse apparet idem quod servatur in uno Suidæ (i. v. *ἠρίθμησε*) codice: *ἠρέμησε*. Quod inepte vulgatæ præferendum censebat Kuster: risum movent profecto equites, qui quietos se præbent simulac hostes conspexerunt. — Haud melius tamen vulgatam sic explicabat Casaubonus: „Non sine specie proverbii *ἀριθμεῖν* posuit pro detrectare pugnam, et quidvis aliud velle agere, quam manu ferire. Solent ignavi viso hoste quærere effugia, ne pugnent, ut docet Theophr. *περὶ δειλίας*. *Inter alia solebant, ubi pugnandum esset, hostibus numerandis tempus terere*".

2) Sic R et Cant. 3; hic autem cæsura valde est suspecta; quod vitium Reisigium, Seagerum, Engerum secuti tollere conati sunt Blaydes et van Leeuwen *δὴ ἐνταῦθ'* edentes; quod verum esse videtur. *Δὴ ἐνθένδε* coniecit Kock, sed

In Ravennate δή omissum est, sicut Nubb. 402, Avv. 415, Ran. 1056, Plut. 728. Hinc iniuria Blaydes: ἐμοί τε καὶ τῇμῇ γυναικὶ τἀγαθῇ: „non *meae* enim, sed *isti* requiritur" (van Leeuwen); adde quod ægerrime hic careremus particula ironica.

Nubb. 918:

καὶ γνωσθήσει ποτ' Ἀθηναίοις
οἷα διδάσκεις τοὺς ἀνοήτους.

Nihilo magis mihi credibile est in omnibus codicibus excidisse τοι, quam in plerisque καί; itaque Hermanno, Bergkio, Teuffelio, Coenio, Kählero, Kockio non assentior rescribentibus γνωσθήσει τοί ποτ'. — Etiam Equitt. 251, Nubb. 34, 520, 984, 1329, Vesp. 900, Avv. 425, Ran. 975 καὶ in nonnullis excidit.

Nubb. 1365:

ἔπειτα δ' ἐκέλευσ' αὐτὸν ἀλλὰ μυρρίνην λαβόντα
τῶν Αἰσχύλου λέξαι τί μοι· κᾆθ' οὗτος εὐθὺς εἶπεν·
ἐγὼ γὰρ Αἰσχύλον νομίζω πρῶτον ἐν ποιηταῖς
ψόφου πλέων κτέ.

In uno V deest εὐθύς; cuiusmodi neglegentiæ in hoc libro frequentia editores monere debuisset, ne hoc vitio ad coniecturas proferendas uterentur: αὐτὸν εἶπεν Hermann, εἶπεν αἰβοῖ Meineke Vind. Ar. p. 80; εἶπ' ἐκεῖνον Bergk, deleto versu sequenti (Præf. p. XX), κᾆθ' οὗτος ἐκάλεσ' αὐτὸν (deleto versu sequenti) Blaydes.

Pac. 674: „Rogabat me Pax" — sic Mercurius — „quisnam sibi inimicissimus sit eorum qui hic adsunt hominum, et quisnam sibi maxime faveat". Tum Trygaeus:

εὐνούστατος μὲν ἦν μακρῷ Κλεώνυμος,

„huic adverbio locus non est" (van Leeuwen); δῆν ἐντεῦθεν habet Venetus (quod e dittographia ortum), τοὐντεῦθεν traditum est in U, in ceteris ἐντεῦθεν, vel δῆτ', vel ταῦτ', vel δὴ ταῦτ'.

cui Mercurius:

> *ποῖός τις οὖν εἶναι δοκεῖ τὰ πολεμικὰ*
> *ὁ Κλεώνυμος;*

Quod in R *οὖν* omittitur, id nihilo magis in hoc versu movere nos debet quam in Equitt. 1158 et in Plut. 733 [1]); usus tamen est hoc vitio Bergkius, ut proponeret (Præf. p. XXVII): *ποῖός τις εἶναι σοὶ δοκεῖ τὰ πολεμικὰ κτέ,* — quod recipit van Herwerden. Aegre tamen hic copulam desidero.

Avv. 285. Callias sic deridetur:

> *ἅτε γὰρ ὢν γενναῖος ὑπὸ τῶν συκοφαντῶν τίλλεται*
> *αἵ τε θήλειαι προσεκτίλλουσιν αὐτοῦ τὰ πτερά.*

Articulum *τῶν* hic fere necessarium esse ostendere videtur *αἵ* in versu sequenti; deest tamen in codicibus RVAB, unde nullo iure, ut videtur, Kochly *ὑπό τε συκοφαντῶν τίλλεται* — quod receperunt Meineke et Kock.

Ran. 546. „Nonne ridiculum esset" — sic Bacchus— „si Xanthia saltatricem in amplexu tenente, ego ministri munere fungi deberem,

> *οὗτος δ' ἅτ' ὢν αὐτὸς πανοῦργος*
> *εἶδε, κᾆτ' ἐκ τῆς γνάθου*
> *πὺξ πατάξας κτέ.*

Sic legimus in V et multis aliis codicibus; quos qui secuti sunt Fritzsche, Dindorf, Kock aut parum secum, opinor, perpenderunt quid hic significet *αὐτὸς* aut probabilia excogitare non potuerunt: mihi certe nihilo aptius quam ipsum *αὐτὸς* esse videtur id quod explicationis loco annotat Kock „iam per se ipse, auch ohne dies"; neque intellego quid lucremur, si, id quod fecerunt Bergkius et Meinekius, *αὐτὸς* in *καὐτὸς* mutamus. Hic viam ad verum indicant R et multi alii libri, in quibus omissum est *αὐτός*; quod additum

---

1) Eodem vitio V laborant *Equitt.* 544, *Nubb.* 408 (negante Cobeto), *Avv.* 179.

esse videtur ad lacunam explendam. Quod si statuimus, nostro marte aliud quid addere nobis licet; et re vera alii alia addiderunt; in quo certamine primas tulisse censeo Velsenium legentem *ἅτ' ὢν ἀεὶ πανοῦργος*; quod mihi quidem multo magis arridet quam Blaydesianum, a Leeuwenio receptum: *ἅτ' ὢν πανοῦργος, εὐθύς εἶδε κτέ.* Hoc tamen *παλαιογραφικῶς* probabilius est; nam revera interdum *εὐθύς* et *αὐτός* commutantur, e. g. Avv. 377

παρὰ μὲν οὖν φίλου
οὐ μάθοις ἂν τοῦθ', ὁ δ' ἐχθρὸς εὐθὺς ἐξηνάγκασεν,

ubi *εὐθὺς* habent R et V (de hoc negat Cobet), *αὐτὸς* ceteri et Suidas i. v. *ἀπ' ἐχθρῶν.*

Ran. 969:

Θηραμένης; σοφός γ' ἀνὴρ καὶ δεινὸς εἰς τὰ πάντα,
ὃς ἢν κακοῖς περιπέσῃ καὶ πλησίον παραστῇ
πέπτωκεν ἔξω τῶν κακῶν, οὐ Χῖος ἀλλὰ Κεῖος.

Hunc versum mancum nobis tradidit V; in ceteris codicibus post *κακοῖς* insertum est *που*; longe tamen præstat Velsenium sequi et addito pronomine *τις* [1]) legere:

ὃς ἢν κακοῖς τις περιπέσῃ καὶ πλησίον παραστῇ.

Quidquid enim de sensu versus insequentis censemus [2]), luce clarius est huius sensum hunc esse debere: „si quis in infortunium incidit, ipse autem proxime adstat," ut Leeuwenii utar versione.

Ran. 1316:

αἵ θ' ὑπωρόφιοι κατὰ γωνίας
εἱειειειειλίσσετε δακτύλοις φάλαγγες

---

1) Quod etiam Ran. 767, Plut. 348, 1003 excidit in nonnullis codicibus.

2) „All that we can be sure of, is that Aristarchus read *Χῖος ἀλλὰ Κῷος*, explaining it by the throws of *ἀστράγαλοι*, with or without a latent allusion to the origin of Theramenes" — Rutherford.

ἱστότονα [1]) πηνίσματα καὶ
κερκίδος ἀοιδοῦ μελέτας,
ἵν' ὁ φίλαυλος ἔπαλλε δελ-
φὶς πρῴραις κυανεμβόλοις κτέ.

Bergkium retinentem καὶ post πηνίσματα, quod omittitur in RM (Blaydesii) E, meliora docere potuerat Brunckius, qui: „κερκίδος ἀοιδοῦ μελέτας: appositio est ad πηνίσματα. Præposita vulgo copula gratiam omnem loci corrumpit."

Plut. 289. Fieri potest ut verum hic viderit Cobetus (in annot. m. scr. sec. van Herwerden) cum versum sic rescriberet:

ὡς ἥδομαι καὶ τέρπομαι καὶ βούλομαι χορεῦσαι
ὑφ' ἡδονῆς, εἴπερ λέγεις σὺ ταῦτα πάντ' ἀληθῆ,

pro vulgato: ὄντως σὺ πάντ' ἀληθῆ — sed nihil præsidii inde petere licebat, quod in V (et R. sec. von Velsen) ὄντως omittitur; idem vitium in V et nonnullis aliis etiam **Plut. 581** offendit.

Plut. 697. Quod si in codicibus exstarent hi versus eadem forma qua a Blaydesio editi sunt:

μετὰ τοῦτο δ' ἤδη καὶ γέλοιον δὴ πάνυ
ἐποίησα, προσιόντος γὰρ αὐτοῦ μέγα πάνυ
ἀπέπαρδον,

statim, nisi fallor, multi exclamarent: „alterutrum πάνυ errore ex altero ortum est", et e coniectura fortasse philologus aliquis paulo acutior restitueret id quod nunc traditum est:

μετὰ τοῦτο δ' ἤδη καὶ γέλοιον δῆτά τι
ἐποίησα κτέ.

Nam quod in V δῆτα omittitur, quid hoc ad nos? Etiam **Vesp. 796:**

ὁρᾷς ὅσον καὶ τοῦτο δῆτα κερδανεῖς,

idem codex eodem modo decurtatus est.

---

1) Sic codices plerique; ἱστόπονα habet Ravennas, idque receperunt Meineke Kock, von Velsen, van Leeuwen; equidem dubius hæreo.

Sed ut in omnibus rebus, sic in dissertatione Academica quoque modus esse debet; neque certos fines egredi iuveni fas est. Qua de re, quamvis multa supersint, quæ ad textum Aristophaneum recensendum colligere et diiudicare fortasse non omnino esset inutile, tamen his primitiis iam finem impono, lectoris implorans benevolentiam pro multis illis quæ — ut in iuvenili opusculo — aliis non minus quam mihi ipsi displicitura esse probe mihi sum conscius.

CONSPECTUS.

Præfatio		pag. VII
CAPUT PRIMUM.	De huius libri rationibus	„ 1
CAPUT SECUNDUM.	De glossematis Aristophaneis in universum	„ 13
CAPUT TERTIUM.	De locis e scholiis interpolatis	„ 21
CAPUT QUARTUM.	De pronominibus insertis	„ 34
CAPUT QUINTUM.	De aliis voculis insertis	„ 49
CAPUT SEXTUM.	De vocabulis usitatioribus pro rarioribus substitutis	„ 60
CAPUT SEPTIMUM.	De præpositionibus confusis	„ 75
CAPUT OCTAVUM.	De verbis compositis in simplicia, simplicibus in composita mutatis	„ 88
CAPUT NONUM.	De omissionibus	„ 102

INDEX
locorum Aristophaneorum de quorum lectione disputatur.

EQUITT. 8 sq. . . pag. 71 sq.
„ 56 . . . . „ 76
„ 85 sqq.. . „ 58 sq.
„ 120 . . . . „ 44
„ 215 . . . . „ 102 [1])
„ 272 . . . . „ 88
„ 340 . . . . „ 38
„ 346 . . . . „ 36
„ 459 . . . . „ 80
„ 477 . . . . „ 82 sq.
„ 478 . . . . „ 82 [1])
„ 482 . . . . „ 62
„ 496 . . . . „ 62 sq.
„ 569 . . . . „ 105
„ 570 . . . . „ 105 [1])
„ 639 . . . . „ 82
„ 655 . . . . „ 95 sq.
„ 669 . . . . „ 25
„ 676 . . . . „ 91 sq.
„ 741 . . . . „ 34 sq.
„ 751 . . . . „ 72 sq.
„ 786 . . . . „ 84
„ 814 . . . . „ 32 sq.
„ 851 . . . . „ 83 sq.
„ 989 . . . . „ 104
EQUITT. 1352 . . . . pag. 25
„ 1373 . . . . „ 49 sq.

NUBB. 23. . . . . „ 25 sq.
„ 61. . . . . „ 105 sq.
„ 76. . . . . „ 23
„ 87. . . . . „ 35
„ 107. . . . . „ 52
„ 143. . . . . „ 38
„ 148. . . . . „ 48
„ 202. . . . . „ 51
„ 215 sq. . . . „ 63 sq.
„ 226. . . . . „ 78 sq.
„ 238. . . . . „ 93 sq.
„ 263. . . . . „ 81
„ 268. . . . . „ 64
„ 274. . . . . „ 81
„ 324. . . . . „ 61 sq.
„ 326. . . . . „ 78
„ 340. . . . . „ 71
„ 371. . . . . „ 54
„ 399. . . . . „ 26
„ 458 sqq. . . „ 53
„ 489. . . . . „ 36 sq.
„ 654. . . . . „ 87

Nubb. 672 . . . . . pag. 43
„ 679 . . . . . „ 59
„ 696 . . . . . „ 38 sq.
„ 720 . . . . . „ 86 sq.
„ 723 . . . . . „ 65 [2])
„ 766 . . . . . „ 72
„ 819 . . . . . „ 38
„ 823 . . . . . „ 44
„ 918 . . . . . „ 106
„ 975 . . . . . „ 64
„ 987 . . . . . „ 89
„ 994 . . . . . „ 64
„ 994 sq. . . . „ 76 sq.
„ 1005 . . . . . „ 79 sq.
„ 1011 sqq. . . „ 64 sq.
„ 1022 . . . . . „ 42
„ 1048 . . . . . „ 24 sq.
„ 1073 . . . . . „ 65
„ 1112 . . . . . „ 43 sq.
„ 1116 . . . . . „ 45
„ 1136 . . . . . „ 38
„ 1169 . . . . . „ 46 sq.
„ 1198 . . . . . „ 65
„ 1199 . . . . . „ 73 sq.
„ 1228 . . . . . „ 26
„ 1233 . . . . . „ 103
„ 1243 . . . . . „ 35
„ 1304 . . . . . „ 97
„ 1312 . . . . . „ 96 sq.
„ 1333 . . . . . „ 51
„ 1340 . . . . . „ 39
„ 1365 . . . . . „ 106
„ 1397 . . . . . „ 66
„ 1401 . . . . . „ 47
„ 1415 . . . . . „ 45 [1])
„ 1416 . . . . . „ 45 sq.
„ 1428 . . . . . „ 24
„ 1458 . . . . . „ 66

Vesp. 7 . . . . . „ 21
„ 98 . . . . . „ 24
„ 100 . . . . . „ 82
„ 108 . . . . . „ 86
„ 177 . . . . . „ 9 [1])
„ 186 . . . . . „ 54
„ 190 . . . . . „ 61 [2])
Vesp. 247 . . . . . pag. 31 sq.
„ 263 . . . . . „ 18
„ 339 . . . . . „ 18
„ 350 . . . . . „ 66 sq.
„ 432 . . . . . „ 31 [2])
„ 496 . . . . . „ 67
„ 596 . . . . . „ 51
„ 606 . . . . . „ 95
„ 652 . . . . . „ 67
„ 661 . . . . . „ 30
„ 670 . . . . . „ 81
„ 723 sq. . . . „ 52
„ 837 . . . . . „ 92 sq.
„ 967 . . . . . „ 49
„ 997 . . . . . „ 89
„ 1073 . . . . . „ 47 sq.
„ 1085 . . . . . „ 97 sq.
„ 1163 . . . . . „ 26
„ 1192 . . . . . „ 54 sq.
„ 1224 . . . . . „ 44
„ 1397 . . . . . „ 24
„ 1519 . . . . . „ 31

Pac. 100 . . . . . „ 86
„ 166 . . . . . „ 39
„ 253 . . . . . „ 37
„ 261 . . . . . „ 79
„ 346 . . . . . „ 40
„ 385 . . . . . „ 40 [1])
„ 439 . . . . . „ 9 [1])
„ 582 . . . . . „ 40 [1])
„ 603 . . . . . „ 67 sq.
„ 606 . . . . . „ 58 [2])
„ 610 . . . . . „ 58
„ 674 . . . . . „ 106 sq.
„ 733 . . . . . „ 45 [1])
„ 847 . . . . . „ 43
„ 872 . . . . . „ 55 sq.
„ 916 . . . . . „ 18
„ 1012 . . . . . „ 20 [1])
„ 1099 . . . . . „ 71
„ 1111 . . . . . „ 51
„ 1334 . . . . . „ 50

Avv. 285 . . . . . „ 107
„ 336 . . . . . „ 28 sq.

Avv. 362 . . . . . pag. 90
„ 388 . . . . . „ 29
„ 533 . . . . . „ 29 sq.
„ 567 . . . . . „ 26 sq.
„ 778 . . . . . „ 68
„ 881 . . . . . „ 29
„ 1070 . . . . . „ 93
„ 1094 . . . . . „ 96
„ 1148 sqq. . . . „ 18 sq.
„ 1212 . . . . . „ 23 sq.
„ 1301 . . . . . „ 68 sq.
„ 1343 . . . . . „ 19 sq.
„ 1381 . . . . . „ 69
„ 1543 . . . . . „ 98
„ 1566 . . . . . „ 52 [2])
„ 1579 . . . . . „ 36
„ 1588 . . . . . „ 69
„ 1624 . . . . . „ 98 sq.
„ 1691 . . . . . „ 46

Rann. 15. . . . . „ 14sqq.
„ 77. . . . . „ 8 sq.
„ 83. . . . . „ 9 sq.
„ 112 sqq. . . „ 60
„ 133 . . . . „ 22 sq.
„ 190 . . . . „ 84 sq.
„ 193 . . . . „ 30 sq.
„ 199 . . . . „ 10
„ 369 . . . . „ 92
„ 546 . . . . „ 107 sq.
„ 686 . . . . „ 57
„ 759 . . . . „ 59
„ 838 . . . . „ 69 [4])
„ 853 . . . . „ 85 sq.
„ 857 . . . . „ 69
„ 946 . . . . „ 104 sq.
„ 969 . . . . „ 108
„ 971 . . . . „ 11
„ 1019 . . . . „ 70
„ 1028 . . . . „ 45 [1])
„ 1045 . . . . „ 90
„ 1068 . . . . „ 77 sq.
„ 1089 . . . . „ 99

Rann. 1182 . . . . pag. 70
„ 1245 . . . . „ 39 [2])
„ 1316 . . . . „ 108 sq.
„ 1366 . . . . „ 99 sq.
„ 1431 sqq. . . „ 16 sq.
„ 1454 . . . . „ 23
„ 1517 . . . . „ 90 sq.

Plut. 32. . . . . „ 73
„ 152. . . . . „ 73
„ 185. . . . . „ 47 [2])
„ 197. . . . . „ 27
„ 258. . . . . „ 55 [1])
„ 289. . . . . „ 109
„ 335. . . . . „ 56 sq.
„ 345. . . . . „ 38
„ 387. . . . . „ 70
„ 402. . . . . „ 52
„ 432. . . . . „ 41 sq.
„ 548. . . . . „ 81
„ 550. . . . . „ 57
„ 564. . . . . „ 96
„ 578. . . . . „ 27
„ 606. . . . . „ 41 sq.
„ 648. . . . . „ 36
„ 697. . . . . „ 109
„ 770. . . . . „ 80
„ 815. . . . . „ 92 [3])
„ 845. . . . . „ 91
„ 878. . . . . „ 57
„ 911. . . . . „ 56
„ 966. . . . . „ 42
„ 998. . . . . „ 40 sq.
„ 1005. . . . . „ 100 sq.
„ 1013. . . . . „ 28
„ 1042. . . . . „ 41
„ 1044. . . . . „ 28
„ 1046. . . . . „ 28 [1])
„ 1092. . . . . „ 41
„ 1110. . . . . „ 70
„ 1131. . . . . „ 53
„ 1169. . . . . „ 85
„ 1190. . . . . „ 71

ERRATA.

Pag. 15	linea	1	pro	σκευοφορεῖν	leg.	σκευηφορεῖν.
„ 39	„	22	„	1399	„	1339.

c. c. b. l.